Ibi, Poderoso, qui sunt ii + & qui tales dicuntur in materia locationis Gabellarum ex. l. 4. & 9. infra tunc, tit. 12. de declarat. optime quam allegat Arden, cap. 19. part. num. 18. vers. dicitur lib. 1. & cap. 2. num. 17. lib. 2. & privatus Regis dicitur etiam potens. l. 2. tit. 5. lib. 3. supra, sed an si de facto is personis vetitis locatio horum reddituum fiat erit nulla, videtur quod sic, ex dispositione. l. cum lex ff. de fidejuss. & l. non dubium. C. de legib. eo quod lex nostra prohibitiva est, prout voluit Mincha. lib. 2. de success. creatio. 5. 15. num. 12. in impress. Salm. relatus per Lasarte de decim. vend. 28. num. 3. qui tandem in num. 4. refert eundem Mincha. in eod. lib. 1. §. 17. num. 70. Penitentia, contractum volentem imo quod valeat locatio, eo quod lex nostra penalis est, & ex. l. 3. tit. 5. lib. 7. supra parvis afficiuntur tales conductores & fidejussores prohibiti, & sic Rex hac pena se contentat ut ex dict. l. 3. tenet idem Lasarte ubi supra, num. 14. quia lex nostra non annullat contrariam locationem & sic valida erit & id clarior ex l. 4. infra isto titulo deducitur, quae penes se se contentam reddit, & nihil amplius desiderat, sed Gironda de Gab. 3. part. num. 19. tenet quod sit nulla, per l. fin. C. de restituenda venditione, sed plus mihi placet quod valeat locatio, quia illa lex si. nihil facit pro sua opinione, & sic voluit quod tenet locatio personis prohibitis facta, glos. de lei. l. 2. tit. 12. part. 5.

IN LEGEM TERTIAM.

- 1. Judens de jure non poterat conducere Regios redditus, nisi, ut num. 2. ubi declaratur.

ter de quibus Judaei & Mauris intelligatur, & num. 3. ponitur in hac alia regula limitativa.

SUMMARIUM.

Judaei & Mauri conducere non possunt Gabellas neque alios redditus Regios pro minori a factoribus aut recandatoribus vel conductibus majoribus per se, neque per alias personas, nisi tantum a civitatibus & populis de por menor sub nostra legis penit, & in casu ponitur, quid si per mayor conductant.

Ibi, Ningunos ni algunos Judios ni Moros. Hic ponitur generalis nostrae legis conclusio ulque ad versiculum salvo, scilicet, quod Judaei & Mauri non possunt Regios redditus conducere a Rege, neque ab ejus factoribus horum reddituum, neque a collectoribus vel conductibus majoribus per se neque per interpositas personas, & in personis Judaeorum, quod non possint conducere hos redditus, neque eos colligere, erat dispositum + ex text. in cap. penult. de Judaeis, quod tamen ibi Abb. & DD. volunt, per text. ibi id intelligere ut procedat, cum ipse Judaeus per se id debet exercere, secus si per alium, ut & per Girondam de Gab. 3. part. num. 19. qui per superiorem vendentem vel locantem Gabellas deputatur, qui deputatus Christianus sit, nam tunc id liceret, & id lex nostra non denegat, quia si Rex ipse vellet utique posset, sed si non permisit, nullo modo Judaeus per se, neque pro alio id posset facere, neque exigere Gabellas, neque eas administrare, neque facere, ut ex contextura nostrae legis colligitur, ulque ad versiculum, salvo, & praeterea attentis verbis finalibus nostri text. Ut in glossa sua, notabimus, & idem est in Mauris, ex lege nostra, & intellige de Judaeis & Mauris, qui vivunt + in sua lege & secta, secus vero in descendentes ab eis, qui Christiani sunt, nam de his non loquitur lex nostra, ut advertit Lasarte dist. cap. 18. de decim. vend. & tradit etiam Betachi de Gab. 3. part. num. 11.
Ibi, Salvo hic vers. est limitativus conclusionis nostri text. scilicet ut in civitatibus, villis & populis habentibus jurisdictionem de per se possint Judaei & Mauri conducere de por menor, quolibet redditus Regios, dum tamen tales civitates, villae vel populi sint majoris vicinioris ducentorum viciniorum, qui quidem vicini sint de omnibus statibus & conditionibus.
Ibi, pro ex nostra merced, hic ponitur alia regula quod possint Judaei conducere de por mayor + aliquem ex redditibus Regis liberum, vulgo, venas desembargada, prout sunt servitio y manatage, & similes: dum tamen ipsi Judaei & Mauri per se non admittunt & colligant, sed per Christianos & personas bonae conscientiae cum mandato ipsorum Judaeorum & Maurorum prout in glos. 1. hujus legis diximus.
Ibi, Salvo Christianos, prout in glos. 1. noster legis dictum remanet, & hac exceptio in hoc casu firmat regulam in contrarium, ut scilicet Arcevelo in Recopilacione. Tom. V.

licet in casibus praecedentibus nostrae legis in prima ejus dispositione positae, neque per personas Christianorum facere possint, cum aliter verba haec superflua forent, & ad istum versiculum pro ex nostra merced, referenda sunt, qui versiculum est limitativus primae dispositionis nostrae legis in principio ejus positae, usque ad versiculum salvo que en las ciudades, in quo quidem versiculo nulla etiam mentio fit quod per Christianos redditus talium civitatum & populorum ibidem designatorum debeant administrare, sed per se ipsos facere possunt Judaei & Mauri, eo quod ibidem non id prohibetur, prout in hoc versiculo, pro ex nostra merced, prohibendum videmus, & sic ultra istum versiculum, pro, non est hoc extendendum, cum limitata causa limitatum producat effectum, nisi dixeris, versiculum hunc, salvo Christianos, ad omnia praecedentia referri, sed est nimia suppletio, & occasio arguendi legislatores de superfluitate.

IN LEGEM QUARTAM

- 1. Locatio Regiorum reddituum facta personis prohibitis non est nulla.
2. Praelati dicuntur qui habent perpetuam dignitatem.
3. Praelati appellatione venit etiam Ecclesia.
4. Praelati appellatione venit capitulum sede vacante.
5. Praelati appellatione venit custos fratrum minorum, & quilibet habens administrationem cum officio perpetuo, & habentis jurisdictionem: & qui praesent, num. 6. & 7. idem in plebanis & abbatibus.
6. Praelati appellatione proprii & stricti in exemptis venit Papa, in non exemptis Episcopi & illi, qui habent jurisdictionem.
7. Lex nostra de quibus praelati intelligatur vel non.
8. Personae hic prohibitis locatio Regiorum reddituum interdicitur etiam si laici fidejussores praesentent.
9. Officiales, quorum praesentia requiritur in locationibus Gabellarum non possunt eas conducere.
10. Officiales justitiae contrahere prohibentur in locis sibi subditis.
11. Deputatis etiam ad videndum bona populorum prohibetur locatio ac comitio Gabellarum.
12. Tabellionibus etiam del numero dicta conductio prohibetur.
13. Prohibiti conducere redditus Regios ac possunt esse fidejussores & approbatores.
14. Prohibiti si augeant valore Gabellarum an conducere possint Gabellas.
15. Prohibiti conducere Gabellas an se prohibitis eas retinere, si ante officium prohibitorum eas conductas habebat, & num. 18.

SUMMARIUM.

Personae in lege nostra contentae non possunt redditus Regios conducere per se neque per interpositas personas, per mayor, nisi per menor, sub pena: B iij

Et ut melius observetur, imponitur pena rationabilioris & alius hic contentis sibi locutionibus.

Ibi, *Quid dicitur mandatum*, non quomodo lex nostra tantum afficit non vero resilit, neque annullat, ut sic intelligas ex hoc, & quia penalis est, non esse nullam locutionem & faciam talibus personis prohibitis, sed quod penitus legam puniendi tamen sint, ut diximus in l. 2. supra eod. in fi.

Ibi, *Prebendos*, qui prelati dicuntur quasi pre aliis dicitur, vel ante latum, & dicuntur prelati qui habent & perpetuam dignitatem, *Invenitur in cap. de multa de preb. Card. in elem. 1. quæst. 1. de suspens. negli. prebendarum. lmo & ecclesia venit & appellatio prelati. Ut per Speculariensem in titulo de instrum. §. alio, & nota vera allegat. vers. sed quid erit, & sic capitulum sedis vacante, & ut per Pavium de po. Cap. sede vacante p. 1. c. 6. num. 1. minister & cultus fratrum minorum & quilibet habens administrandam tam officio perpetuo & ut per Card. in elem. 1. quæst. 10. de electione, & veniant prelati appellacione inferiori Episcopo habentes jurisdictionem, & qui prestant, & ut per Card. in elem. 1. de consan. & 2. de Mandatum, consilio. 17. num. 19. & ex lata significatione Sacerdos Parochialis Ecclesiarum, quia preest Patrochialis, & Plebanus potest dici prelati & ut in ca. 102. de heri. agros. & sic inquit Abb. in ca. decretimus de iudic. quod appellacione prelati non solum veniant Episcopi & Archiepiscopi, sed etiam Abbates & ut in cap. 1. de aiate & qualis. & in c. iudicantibus de elec. in 6. & in cap. ut apostolicas de privi. eod. lib. Abb. in cap. cum ad Ecclesiarum prelati in pri. de offic. ord. glof. prelatum in elem. 1. de electio. Barbati. lat. in dict. cap. decretimus eod. §. proprie tamen & stricte prelati appellacione in exemptis venit Papa, & sic in nota exemptis, Episc. & secundum Card. in elem. 1. quæst. 34. post glof. de reb. Ecclis. non alien. & illi qui habent jurisdictionem aliquam fore contentiosi, ex dict. c. decretimus, ubi glof. & isto modo accipitur in presenti nostra lege, non vero de clericis curatis parochialibus Ecclesiarum vel alias beneficiariorum jurisdictionem non habentium, tum quia lex nostra favorabilis est, tum etiam quia lex 8. infra eod. de clericis & personis Ecclesiasticis loquitur quæ de aliis, quam de dictis prelati jurisdictionem habentibus fore contentiosi intelligenda est, aliter enim esset nostre contraria, & facit text. in l. 2. tit. 12. part. 5. & intellige quod lex nostra indistincte eis prohibet locutionem horum reddituum Regiorum, etiam si fidei iussores laicos & preestitissent, ut sic etiam hoc modo differant si prelati ad alios personis Ecclesiasticis, de quibus loquitur dict. l. 8. infra eod.*

Ibi, *Personas poveras*, qui sunt, in l. 2. sup. eod. diximus.

Ibi, *Ni los nuestros conductores mayores*, si enim cum intendat in administratione & beneficio Regiorum reddituum, nimirum si eos conducere non possint, officiales enim, quorum presentia requiritur per statutum in locutionibus Gabelarum, non possunt eas conducere, & secundum Ang. in Astens. de alic. & emphi. §. aconatus

et. 9. per illum sex. disponentem, res Ecclesie dandas esse in emphiteusim prebentibus economico & carthulariis, qui tamen eas accipere non possunt pro seipis, in emphiteusim, & istum text. ad hoc allegat Ber. de Gab. 3. part. num. 8. ubi alia pro hoc considerat & facit etiam text. in l. 3. tit. 5. lib. 7. supra & rationes assignat Jaco. Rebus. l. uni. C. quibus ad conditio. lib. 11. Sed aliter possunt dari meliores.

Ibi, *atque que los alcades y alcazales*, nam & si contrahere prohibentur in locis & sibi subditis ex l. que officii in pri. & l. non licet. ff. de contrah. empia. l. 1. de contrah. si tenet in proposito Bald. in l. quisquis C. si cert. per. relatus & secutus per Bertach. in dict. par. 3. num. 10. Avend. cap. 12. par. 1. num. 13. vers. aliam re. quibus lib. 2. Avila. cap. 32. par. 1. vers. officia. ubi allegat glof. arrendadores, l. 45. tit. 6. part. 1. quos sequitur leges nostras allegans Gironda de Gab. 3. part. num. 4. per text. in l. 2. §. ff. de admoti. vers. ad civit. pertin. l. uni. C. quibus ad conditio. lib. 11. l. si quis procuratio. nem. C. de decurio. lib. 10.

Ibi, *Residuos y parados*, l. 3. tit. 5. lib. 7. supra de iuratis nihil disponebat, & sic de eis etiam procedunt hæ leges, & ibi dixi item de deputatis ad videndum bona populorum, & ex legitis in glof. precedente allegatis idem probari potest.

Ibi, *Tesorerarios de concejos* si scribunt de rentis, sed quid in tabellionibus numeris, qui non sunt de concilio, neque de redditibus, & item dicendum iudico, & ex dict. l. 3. tit. 5. lib. 7. supra quæ est ampliviva nostrarum legum in presenti, ubi eod. l. 3. dixi num. 11.

Ibi, *Ni los letrados ni mayores de concejo*, quia & illi vident bona populorum & super eis consilium præstant, & administrant ea, sed an si omnes prohibiti conducere redditus Regios poterunt esse fidei iussores & abnadores? dic quod non ex dict. l. 3. titulo 5. libro 7. supra, & quia militans exierit rationes prohibitionis. Sed an isti prohibiti poterunt conducere si augeant valorem reddituum Regiorum? & videtur, quod sic, tum quia cessat ratio prohibitionis, scilicet diminutio reddituum, cessat etiam timor & metus aliorum, cum jam ipsi non deterreantur à conductione id quod nihil supra offerunt, neque offerre intendunt, & ratione cessante cessat legis dispositio, ex text. & materia in e. cum resane de appell. & quod videatur causa prohibita ne metus vel respectus alios timoratos reddat, probatur ex l. 7. infra isto tit. ibi, per que por tenet o ver que a no dexten de puxar los que las quisieren arrendar. Ergo si hoc cessat, cessabit & penalis dispositio. Sed si non obstantibus contrarium est tenendum cum Gironda dict. 3. part. de Gab. l. uni. cum sequent. eod. quod licet cesset ratio metus & respectus, non cessant alie rationes, scilicet, quod facilliter tales conductores conveni non possint in iudicio: item & quod potentia sua debitoris iuste & injuste vexare poterunt & possent esse graves & molesti privatis, ut inquit Rebus. in l. uni. C. qui ad eod. lib. 11. & quia secundum eum ibi cum tot officiis suis servire non poterunt, & quomodo in lege amplius quam una ratio vetatur, licet una cesset, alia non cessante non cessat

IN LEGEM QUINTAM.

SUMMARIUM.

Persona hic contenta neque fidei iussore esse possum conducentium redditus Regios.

Ibi, *Que no puda ser ni sean fadores*, ad ampliationem legis precedentis & similitum, sed an idem erit in aliis personis prohibitis in lege precedente non hic expressis? credendum quod sic, quia militans eadem rationes, & quia ex l. 3. tit. 5. l. 7. idem in aliis prohibitis in lege precedente & similibus disponitur.

IN LEGEM SEXTAM.

1. Condulio Gabelarum à minore facta absque iuramento an valeat.
2. Ampliatur etiam si aspectu appareat minor.
3. Minor 25. annorum maior tamen quatuordecim licet contrahere possit, tamen si ledatur, restituitur.
4. Minor sine iubens perdere dicitur & sic restituitur advenit fidei iustitiam.
5. Minor an possit esse approbator vulgo Abonador.
6. Admittens fidei iussore non idoneo tenetur si approbator non adhibuit in regis redditibus.
7. Idem quoad tempus.
8. Executores an possit procedi contra testes approbatores.
9. Executores sicut debitorum conveniuntur.
10. Bona non sufficiunt quod tempore approbationis in proprietate valeant debiti estimationem, nisi etiam tempore solutionis valeant & reperiantur emptor eorum.
11. Executores an possit procedi contra debitorem Gabelle.
12. Testes approbatorii quod remedium habent ut non remaneant obligati.
13. Minor asserens majorem an obligetur in re restitui non possit.
14. Tutores & curatores minorum an possint Gabelle conducere.
15. Condulio Gabelarum an excusetur à tutela.
16. Juramentum minoris validum contractum ratione defectus minoris aetatis, & num. 17.
17. In omni contractu procedit etiam in donatione.
18. Juramentum an constiterit contractum impuberis deli capax.
19. Juramentum minoris an debeat fieri talis Evangelis, vel sufficere verbo tantum jurare.
20. Juramentum habet vim specialis expressionis, & quod valeat contractus ut melius valere potest.
21. Juramentum confirmativum an tollat beneficium restitutionis, difficultatur inter aliquos.
22. Remotio minoris aetatis non sufficit, ubi contractus ex alia causa quam minoris aetatis esse nullus, neque est censendum remanentium remedio lesionis ultra dimidium.
23. Lex 16. tit. 11. part. 3. declaratur.
24. Juramentum minoris in contractu adhibendum debet cautè accipi & prestari.
25. In enormissima lesione non sufficere hoc juramentum asseritur.
26. Minorem juramentum contractum an sit necesse de beneficio restitutionis certiorari.

SUMMARIUM.

Nullus qui ex aspectu minor 25. annorum appareat, non recipiatur in conductorem reddituum Regiorum neque in fideiussorem conductorum ipsorum, nisi cum iuramento adhibito secundum formam in lege nostra dispositam, & tabellio, De rema, non aliter recipiat obligationem sub pena decem mille marcapitorum camera Regie applicandorum, & quid si per mandatum quis se obligaverit, quid debet continere mandatum, declarat lex nostra in finali eius versu.

Ibi. Nostra receptio, Sed quid si de facto recipiatur abique nostri iuramento, valebit ne contractus? & Menchaca de successuum creat. libro secundum, §. 14. num. 135. inquit non valet, tum quia lex nostra prohibitoria est, tum etiam quia minor non remanet efficaciter obligatus abique iuramento, & licet penam apponat tabellioni, non ideo tollit prohibitionem.

Ibi. Per arrendador mayor vi menor, ne aliquem foeluti tyonem verba hoc fillant, in iis verbis, Mayor y menor, non est intelligendum loqui legislationem de persona majori vel minori, sed de locatione & conductione reddituum Regiorum pro minori vel pro majori facta, itaque itaque per mayor vi menor, nullus qui ex aspectu minor, 25. annorum videtur posse esse conductor ditorum reddituum, nisi servata legis nostrae forma.

Ibi. El que pareciere por su aspecto o fueren en edad que es menor de edad de veintey cinco años, haec est principalis nostri textus dispositio, scilicet, quod minor, 25. annorum, etiam si ex aspectu colligatur esse minorem, non est admittendus in conductorem reddituum regiam neque in fideiussorem conductoris, prout est text. expressus in l. in fraudem §. minoribus. ff. de iure ff. ed. quod si se obligaverit, restitui potest, secundum text. ibi, nam licet minor 25. annorum maior tamen quatuordecim possit contrahere, si tamen ex contractu ledatur, restituitur per text. in l. si curatorem habens minor.

De integ. resti. & per totum ibi. & ff. eodem & cap. conditio de integ. resti. l. quinta tit. 1. 1. par. 5. & in tit. fina. parita 6. ex quo multa inferit Antonias Gomez tom. 2. varia. cap. 14. num. 1. cum sequen. pluribus, quae ex legibus 1. cum sequen. tit. 19. par. 6. etiam probatur, & per Storicam de integ. resti. quast. 83. per totam, & consequenter, & a fortiori, si minor fidei

4 jubeat restitueret adversus fideiussionem, nam eo ipso quod fidei subit perdit & laesus videtur, & sic etiam haec de causa, in hac nostra lege prohibetur etiam fidei-jubere. Sed an etiam prohibitus erit esse approbatorum, vulgo, abnador, sive ipse approbet conductoris personam & bona, vel fidei-jussorum per scripturam, vel 5 tamquam testis, & dicendum est quod sic, quia eadem militat ratio: restitui enim possunt minores approbatores & certificatores, quia loco fidei-jussorum habentur, in causa fisci, & Regis, etiam testes approbatores tantum sine, ut diximus in l. 1. tit. 9. lib. 3. num. 13. supra & Belluga. in speculo principum rub. 31. num. 16.

cum. 4. seq. & Gutierrez lib. 1. par. 1. & q. 142. num. 7. q. hoc est sine dubio in hoc casu, licet non principaliter, sed in subsidium, principali & fideiussore approbatus per eum non sufficientibus, conventus possit talem approbator & certificador secundum Rebus. 1. tom. cons. Fran. art. 2. glos. 13. num. 45. ubi ita, inquit, fuisse iudicatum, & in terminis nostris sic illa tenet laetius allegans Gironia de Gabel. 1. par. num. 21. cum seq. approbatoribus: tamen in deficientibus, tunc ille qui admisit conductores & fideiussores eorum non idoneos tenebitur, licet legis 6 dispositioni sit satisfactum, eos etiam non idoneos recipiendo, ex l. 3. ff. de fideiussor. l. si ab arbitrio. ff. qui satisfar. cog. Pulchre Alexand. consil. 60. considerari volum. 5. & Rebus, ubi supra num. 25. & sic inquit Bald. in l. 1. eolum. 1. C. de Episc. & cleri. relatus per Rebus, in dist. num. 49. quod iudices qui recipiunt per malos 7 fideiussores ex hoc obligantur ad interesse partis & Republice, si ledantur, ex quo cauti iudices pronuntiant fideiussionem periculo tabellionum esse assumendas, velut dixi in dist. l. 1. recipiant hos abonatores, & approbatores per scripturam, vel per testes in causis, in quibus remanent obligati ex approbatione, & idem Gutierrez ubi supra: nam non in omnibus causis remanent obligati, praecipue iudex quod fideiussionem periculo tabellionis capientur. Sed an poterit contra istos testes approbatores per executivam procedi? videtur quod sic, quia loco fideiussor, ita & ipsi poterant exequi, item quia executivae per redditibus fisci conveniendi sunt 9 debitores eius, iuxta l. iusta l. exaltore. C. de exalto. lib. 10. & ex l. 14. titul. 21. libro quavis supra, & ex l. 6. tit. 14. lib. 6. supra, quibus ita tenet Gironia in 2. par. num. 31. ubi nos allegat, dicens ita nos tenuisse in eadem l. 14. sed ut ibi dixi, & in l. 6. tit. 14. lib. 6. supra non ita indistincte id asserimus, sed tunc demum, cum appareat nulla exceptio legitima se tueri posse debitores fisci pro eius redditibus solventis, & de debito notorie constat, secus alias, nihilominus tamen jam in practica vidi approbatores testes conductoris Gabelarum esse carceroatos, & contra eos executive processum, hoc modo scilicet, quod executione facta, bonorum principalis conductoris & eius fideiussorum & laeta in eis sententia de remanere per principali decima & expensis, & alium in eisdem sententia executionem bona per subalternationem iudicialia vendantur, nullus adfuit qui vellet ea emere, neque extrahere pro principali, & expensis, & de hoc consilio citatur testis hic, approbator, & certificador, ut intra talem diem det extractorem, & emptorem illorum bonorum pro debito, decima, & expensis: aliter enim quod ipse, & eorum bona capientur, & vendentur, & lapsu illo die si non dat emptorem, capitur talis approbator, & sit melioratio executionis in eius bona: & sic proceditur executive contra eum, cum jam sit executio facta personarum & bonorum conductoris, & eius fideiussorum, & nullum pretium pro eis repertiatur, & consequenter non sunt solvendo, nec idonea bona eorum ac ac sufficientia pro debito, quasi non sufficiat quod in proprietate tempore approbationis viderent

10 lerent dicta bona quantitate debitam, nisi etiam tempore per solationis valant & repertiatur pro eis quantitas illa, ut inquit Gironia ubi supra num. 53. & 54. ex textu in l. magistratus. C. de magist. conventus ubi dicitur quod magistratus tenetur in subsidium, si tutor non fuit solvendo tempore depositi officii, hoc est tempore solutionis, & finit tutela: juxta glos. ibi, vete. administrationis, & Salice. ibi numer. 1. Gutierrez tamen in dista quast. 142. in fin. videtur velle quod via ordinaria sit agendum contra istos testes approbatores, sed ibi loquitur, quoties est dubium, an remaneat obligati ex approbatione, & de iis certificantibus meminit Consultus, in l. cum tabernam. ff. de pignori, secundum Rebus, ubi supra, num. 27. quae notabis, quia sic non reperies congesta haec dicta in propositum nostrum. Sed an contra debentem Gabelam rei suae venditae per eum possit per Gabelarium pro illa Gabelam 11 per executivam procedi, dic quod non, sed via ordinaria agendum licet summarie, & breviter, secundum text. l. 1. & seq. tit. 7. supra eod. nisi addit confessio venditionis, & preti ejus, vel addit instrumentum venditionis huius, nam tunc virtute illius instrumenti, vel copiae ejus praesertim Tabellione, coram quo instrumentum illud fuit confectum, & executivam jubendo ut solvat intra unum diem sub executionis comminatione, & tunc si non solvit sit executio pro Gabelam illa, ita voluit Gironia, ubi supra 4. par. in prin. numer. 6. & 7. & in dist. tit. 7. supra eodem etiam diximus, sed quod erit 12 remedium ditorum reddituum approbatorum ut non remaneat obligati? per quod casum erit si tempore dispositionis protestentur se nolle teneri ex approbatione illa, nec remanere obligatos, vel dicat, quod bona illa tempore illo, quo deponit in proprietate estimata valent eo nummos, sed quod si tempore solutionis valebunt, & reperitur, qui ea emat, vel det pretium illud, hoc nescit, neque scire potest. Sed an in casu in quo minor hic admittatur ad locationem Gabelarum, vel in fideiussorem conductoris eorum, valebit locatio & eius obligatio, vel fideiussio, alibi dixi in hac lege: 1. & quid si minor 25. annorum, maior tamen 14. nam de hoc loquitur noster text. dicit & aliter se 13 majorem an obligabitur & remanebit per obligatus sine aliqua spe restitutionis in tali contractu super Gabelis & redditibus Regis factis, dic quod si dolose id fecit non restituitur contra contractum illum, secus alias ex textu l. 2. & 3. C. si minor si major. dix. & in l. 6. in prin. tit. 19. par. 6. ubi glos. enganosamente, querit an praesumatur in eo dolus vel non, & vide optime Storicam in tra. de restitutione in inte. quast. 74. per totam, & ibi non sine mysterio dicit lex nostra quod minor apparetur ex aspectu non admittatur ad hanc Gabelarum conductionem, ut sic, etiam si dicat se majorem, si aliud apparet, non admittatur quod in arbitrio iudicis relinquatur, secundum Gironiam de Gabel. 3. par. in prin. num. 30. sed an tutoribus & curatores minorum licebit has conducere Gabelas, per 14 dicendum est quod non, si nonnum rationes tutela, vel cura reddiderunt & perolverunt & conductores penam falsi coequentur, l. 1. C. de tuto. & curato. l. 1. §. tutoris. ff. ad leg.

Corn. de sol. & utrobique per glos. & D. D. & l. 1. C. ne int. vel cura vete. continet, notat Peregrinus in tra. de privi. fisci lib. 6. tit. 5. mon. 12. & Gironia, de Gabel. 3. par. in prin. n. 16. & 17. ubi hoc intelligit, nisi antea essent conductores Gabelarum quam essent tutores, qui tunc excusabatur, ut alias dictum remanet in hac lege, & titulo, & in no. 18. querit ipse Gironia, an excusabitur a tutela conductor harum Gabelarum, per de iure civili inquit quod non, sed ex cap. 21. & 23. De les. nuncios. apud amentes, excusantur.

Ibi. sin que primeramente que soler a qual contrato que haze de jure arrendamiento o finca, no se honora tutor de edad. Ex iis verbis colligitur iuramentum hoc esse confirmatorium, scilicet, cum quis promittit & jurat contractum, & se non venire contra eum ratione minoris aetatis, & tale iuramentum representat illum de minore majorem, & valuit contractum alius invalidum, ratione defectus minoris aetatis, ut habetur ex text. & ibi glos. & omnibus in Authent. sacramenta puberum. C. si aliter, quod. l. 1. 16. in prin. tit. 11. par. 1. & l. 39. tit. 18. ea. par. & lib. loquens in nostris terminis reddituum Regiorum, tit. fin. par. 6. & Authen. illa addit, l. 1. alius sit. C. si adversus vult, ubi idem videbitur dispositum, & ut advertit ibi Gutierrez. num. 9. addit scilicet, quod lex illa, 1. loqui videtur, cum pendiam minoris fuerit alienatum cum decreto praetoris, & insuper minor juravit, quia tunc etiam per viam restitutionis, quae competebat non talem iuramento ex l. si quidem. C. de prob. minor. non poterit venire, & sic in effectu loquitur, cum iuramentum minoris huius accessu contractui valido, licet, retractabili per restitutionem, secus si decretum non intervenisset: nam tunc esset nullus, & contra legem iuramento non roboratur, ex l. non dubium. C. de legibus: at vero Authen. sacramenta puberum, hoc addit quod etiam si contractus sit nullus, ut quia non intervenit decretum iudicis, in alienatione rerum huius minoris, neque praesentia tutoris curatores iuramento solo confirmetur, & hoc non solum in venditione, verum & in omni alio contractu a tali minori celebrato, cum opinione Martini, & Citramon. ut per Gutierrez ibi numero 11. cum sequen. pluribus & glos. la postura. l. 6. tit. fin. par. 6. & hanc opinionem totus mundus observat, secundum Cornueam cons. 72. in principio: quoniam & alios ad hoc refert Seraphin. de Seraph. in tra. de privi. iuramenti privi. 83. num. 2. & Anton. Gomez. con. 2. de contra. cap. 14. de resti. minor. num. 18. & D. Barbosa in 5. par. l. 1. ff. sol. matrim. num. 73. cum sequen. ubi respondet. l. non dubium. C. de leg. in contractum facientem, & inquit Cyn. in illa Authen. & Paul. ibi quod multas minas illa Authen. deducit ad inferos, illorum scilicet, qui inducunt minores ad jurandum, et excludunt eos a beneficio minoris aetatis, & multa patrimonialia minorum esuunt, & ibi Alberti. elicit quod Imperator Henricus septimus audiens multas querelas de dicta Authen. proposuerat illam corrigere, sed morte praeventus non fecit: & Anton. Gomez. ibi num. 20. in fin. ampliat eam ut procedat

18 cedat etiam in donatione ꝛ ut & tenet Ripa. in Respon. 138. fol. 105. & Gutierrez ubi supra num. 118. cum sequen. atiquid; & Molina de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 30. & 31. & idem Gutierrez de juram. consp. 1. part. cap. 13. num. fin. & glof. la polara, in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. Burgoz de Paz consp. 3. num. 15. cum sequen. & Suarez allegatuz 20. & melius in ritu. de las arras. vof. sed mirum mirum. ubi per ipsos quid erit; si emomiter ex donatione ledatur. Sed an in impubere proximo pubertati doli capaci juramentum confirmet contractum, ꝛ & dicitur proximus pubertati in forma noyem annorum & dimidii & in masculo decem annorum & dimidii, ut dixi in l. 2. num. 6. tit. 10. lib. 8. supra & in hoc dicendum est confirmate, nam si est doli capax, ita se perjurat impubes, sicut si esset major, & consequenter ne se perjuret, servandum est juramentum, attento jure Canonico, prout communiorem & veritatem hanc testatur plures relati per Gutierrez, in dist. Anthen. factamta puberum. napor. 1. 7. Major in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. & novissime Parlador, lib. 2. rer. quotid. cap. 4. num. 48. licet ex illa l. 6. & ex l. 59. tit. 18. par. 3. & l. 16. tit. 11. part. 3. contrarium esse tenendum videretur, tamen ne oblietur, postea dicit quod secundum hanc declarari possent, licet ego non admitterem talem impubere doli capaxem ad jurandum, neque consulerem sufficere ante factum contractum, saltem ob difficultatem probandi talem doli capacitatem. Sed an juramentum hoc ꝛ debeat fieri tactis Evangelii vel sufficiat si verbo tenus, & dicendum est, quod sufficit verbo tantum jurato, & quod in scriptura, in qua de obligavit, apponatur quod juravit, per Deum sic adimplerunt; neque requiritur quod tactis Evangelii juret, ut inquit glof. parase in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. & Parlador. ubi supra num. 5. & probatur ex l. 18. tit. 19. part. 1. & melius ex l. 59. tit. 18. part. 3. & ita utrius quotidie.

Ibi, ut se dita lego ni damnifendo ni pedira restitucion. Videntur verba hanc superflua, nam si minor jurat se ratione minoris etatis non contraveniturum, & juramentum validat contractum, non est necesse hanc verba apponere, & profertim illa, ni pedira restitucion. Nam juramentum excludit restitucionem, ut dictum est, item & habet vim specialis expressiois, & generalis expressio ex vi juramenti idem operatur, ac si in specie omnia expressa fuissent, quae exprimi debuissent, ꝛ secundum Bald. in l. 1. colun. prout, quaf. 2. C. commo. & alii plures relati per Tiberi. Decia. resp. 59. num. 71. volum. 2. ubi num. 72. inquit, quod habet operationem tale juramentum, quod si actus non valet ut agitur, valet ut valere potest, sed si minor hic. 25. major tamen 14. annorum, inquit, se jurate ratione minoris etatis non contravenire contractui, sub hac minori etate, datur beneficium lesionis & restitucionis minoris, si ledatur; ergo & expresse renuntiat eis, dum renuntiat minori etati, quomodo ergo hanc ita in lege nostra explicantur, & dicendum est jure explicari, item ex dist. 1. 16. tit. 11. part. 3. solum videtur requiri minorem jurate, ut non contraveniat ratione minoris etatis, ut etiam latus non restituitur; igitur

& hoc sufficeret in presentia exprimere: sed nihilominus dicendum est jure legem postquam hoc expresse, eo quod licet minor renuntiet beneficio minoris etatis, & sic ejus beneficium tollat & itidem restitucionis, tamen quia difficiliter inter aliquos, an juramentum confirmatorium ꝛ tollat beneficium restitucionis, ut apparet ex Sfortia in tract. de in. inj. rest. quaf. 26. artic. 7. item & quia licet minor renuntiet beneficio minoris etatis, tamen, si alia ex causa esset contractus invalidus, ita quod a majore etiam factus non valet, tunc utique non sufficeret ꝛ renunciatio minoris etatis, & consequenter, non est censendum ꝛ renunciatum remedio legis 2. C. de rescindenda venditione secundum glof. Porrazon, in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. & glof. fecha, l. 16. tit. 11. part. 3. & Gutierrez in dist. Anthen. Sacramenta puberum num. 29. & 37. & Parlador, ubi supra num. 28. ideo jure lex nostra etiam ultra minorem etatem lesionem & beneficium restitucionis renuntiare jussit, & illa 11. tit. 11. part. 1. quae contracta videretur, procederet ubi lesio non esset ultra dimidiam vel declarari per l. illam 19. tit. 18. part. 3. quae omnia haec sicut nostra renuntiare jussit, & amplius procedit, scilicet, ut minor licet etiam, diceret se non contravenire etiam numeris illi vel contractus ille non restitueret in suam utilitatem, & sic jure inquit glof. illa fecha in dist. 1. 16. & glof. l. 16. tit. 11. part. 3. & in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. quod plene & cum cautela praestetur hoc juramentum ꝛ per minorem hanc, scilicet, quod non contraveniret ratione minoris etatis, lesionis consuevitque, vel beneficium restitucionis, neque ex alia quacunque causa minori, vel majori, expressis, ut noiat Bar. l. 1. col. 3. C. de rescindenda venditione & Covar. in cap. quantum pactum. 3. par. 5. 4. num. 6. & Gutierrez ubi supra, num. 32. & 33. & Parlador, in dista num. 28. & hanc notatur in glof. illa parazon, in dist. 1. 6. tit. 19. part. 6. ubi ponit formam hanc & melius ponitur per leges 18. & 59. tit. 18. art. 3. bene tamen verum est, quod si minor hic esset in contracta tali enormissime latus, ꝛ tunc saltem ad cautelam penam relaxatione juramenti possent venire contra hanc lesionem: quae cum a dolo ipso procedat, non censetur per dicta verba hanc lesio enormissima, neque dolus ejus exclusus, ut inquit glof. 1. in dist. 1. 19. & D. Barbosa. in 6. part. 1. ff. solus majorum num. 52. & 53. & latus Gutierrez in dist. Anthen. Sacramenta puberum num. 92. cum sequen. aliquibus, & Burg. de Paz. consp. 3. num. 20. & consp. 18. num. 19. & Menel. l. 2. C. de rescindenda venditione num. 43. & 44. sed ut huic glof. finem imponamus, videndum erit an sit necesse hunc minorem jurantem certiorari de beneficio restitucionis, ꝛ & ejus remedio tempore quo jurat contractum, & communior & verior est opinio, quod non est necessaria haec certioratio, ut per plures relati per Gutierrez ubi supra num. 114. & que ad 117. ubi num. 116. inquit per modum consilii melius fieri, si etiam in scriptura dicit notarius quod certioravit minorem de beneficio restitucionis & quod nihilominus ei renunciavit, & juravit.

IN LEGEM SEPTIMAM.

1 Regis privatus dicitur persona potens.

SUMMARIUM.

Privati & officiales domus regie non possunt esse conductores reddituum regalium.

Ibi, Mandatos. Concordat. l. 1. & per totam C. qui ad conductionem lib. 11. ubi DD. nam privatus Regis, ꝛ potens dicitur, l. 12. tit. 5. lib. 3. supra.

IN LEGEM OCTAVAM.

1 Clerici seculares an possint esse conductores reddituum Regiorum, & quid si successerint conductori eorum, & num. 2. an possint esse fidejussores ꝛ & num. 3. limitatur. Clerici seculares conductores Cathedralium an possint conveniri coram iudice seculari? n. 4. 5. & 6. nisi ut n. 7.

SUMMARIUM.

Redditus Regis non sunt locandi personis Ecclesiasticis, nisi idoneis laicis fidejussores praestiterint.

Ibi, a clericis ꝛ personis Ecclesiasticis l. 2. tit. 11. part. 5. id de Episcopis & clericis regularibus & de religionis, disponebat, ex quo glof. illa vers. clerici, dixit secus esse in clericis ꝛ secularibus ut in cap. 1. & cap. pervenit & c. constitutus de fidejussoribus, ubi vide Abb. & DD. sed ex l. 46. tit. 6. part. 1. idem videtur disponi quoad clericos seculares, ut neque conductores neque fidejussores possint esse reddituum regalium, ubi glof. attendentes, allegat ad hoc cap. 1. ne cler. vel mo. dicens, quod si conductori successerint bene possunt remanere in conductione: sed ex tex. in authentica de Sanctis Episcopis 9. alium, collatione 9. utrumque prohibetur clericis, ut not. in cap. 1. de o. ligat. ad rationes, & in cap. 1. de pastoral. tenet Bertach. de Gabal. 3. par. n. 1. sed dicendum est quod clerici regulares & religiosi omnino prohibentur, clerici tamen seculares prohibentur esse tales fidejussores, sed si de facto fidejussuerint ꝛ teneantur, & valet fidejussio, ut probat text. in dist. 1. 43. ubi glof. valdra, allegat ad hoc text. in dist. cap. 1. & cap. consi-

ÓNOMAS DE PERCEVO LEON
RAL DE BIBLIOTECAS



TITULUS UNDECIMUS.

De los arrendamientos de las rentas reales de por Mayor.

Superiori titulo dictum est, quibus personis prohibitum sit locari Gabellas ac redditus Regios, nunc autem in nostro & sequenti Quibus modis locanda sint declaratur, & primo in nostro titulo, cum pro majori locantur, tanquam principali modo.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1 Gabella & Regii redditus locantur, & non venduntur, ubi & quod contractus hic proprie vocatur locatio, & conductio, & quod in publica subhabitatione & per tempus triennii fieri debet.
2 Latius dicitur an hec Gabellarum conductio tractus dicatur locatio & conductio, an vero venditio, & cum sequent. numeris & num. 4. conclusiones ponuntur.
3 Locatio & non venditio est, cum pretium pro fructibus datum per singulos dividitur annis.
4 Verbum, cmo, exponitur quandoque pro conducto.

SUMMARIUM.

Declarat lex nostra, que sit locatio de por mayor, & que de por menor.



Li. Jos. Arrendamientos de maestras rentas. Ex iis verbis colliges clarissime hic probari, quod Gabella & alii redditus & Regii locantur, non vero venduntur, & sic proprie contractus hic dicitur locatio & conductio, non vero emptio & venditio: ut probatur ex l. puer, & in l. fin. C. de v. litigatib. & l. 7. tit. 2. part. 5. ubi dicitur quod in subhabitatione publica hec fieri debent, & per tempus triennii, non vero in amplius locati. licet l. 4. C. de vellig. ut advertit gloss. pen. in ead. l. 7. non dicit, nisi quod non locentur pro minori tempore triennii, & eo finito iterum subhabentur, & in l. sequente u. 7. repetitur, sed an locatio vel venditio dicitur hec Gabellarum & reddituum Regiorum, & quamvis Berrach. de Gabell. in 2. part. in pri. succincte transeat quod sit locatio, tamen ex dictis per Ripam. in stat. de posse in 2. part. de privi. conest. a. num. 45. usque ad para. 67. hoc optime disputatur, & tandem resolvit quatuor casus. Primus est quando contraheutes non sunt ubi verbo locationis & conductionis. neque verbo emptiois & venditionis: puta si dictum fuerit communis concessit Alexio Piperi Gabellas usque ad decem annos pretio decem & sex

mille florenorum singulo anno, tunc enim omnes concordant, quod in dubio dicitur contractus locationis, ubi pretium pro fructibus percipiendis divisum reperitur, secundum gloss. l. 2. C. de per. Emphyt. nam & quamvis ubi sit mentio de pretio, emptio & venditio intelligitur, non tamen ubi per annos & in singulos annos pretium & pro quolibet anno dividitur, nam tunc locatio est, que & in pecunia numerata consistit secundum Anton. Gomez tom. 2. varia cap. 3. num. 3. Secundus casus est ubi fit mentio de locatione & conductione in singulos annos pro quolibet anno tantum, tunc enim clarum est esse locationem, nam si in casu precedenti ubi non fit mentio de locatione neque de emptioe in dicto casu inducitur locatio, multo magis in hoc secundo inducenda est, & in hoc etiam omnes concordant, secundum Ripam ubi supra num. 15. ubi inquit hoc esse verum si locati sunt fructus terre pro certo pretio singulis annis, si pro uno pretio simul prestando pro omnibus annis, siue locatio sit facta pro uno anno, cum Paulo de Castro, contra Bald. ibi allegatum. hoc autem ultimum de uno anno intelligo verum esse quod sit locatio, quoties fructus locati ex aliquo fundo, vel herba ex prato vel defensa non sunt demonstrata esse herba tempore contractus locationis, sedus vero si eorum adite tunc temporis demonstratio, nam tunc etiam si utamur verbo locationis & conductionis erit venditio & non locatio, quasi tunc id quod demonstratur venditur, ut argumento cap. 26. novarum punitionum Gabellarum, succincte dixit Lafare, de decim. vend. cap. 2. num. 54. qui a. num. 46. incepit materiam cognoscendi an esset locatio vel venditio, sed consule quidem & intricata, ideo doctrina Francisci a Ripa ubi supra sequenda est, que utilis sunt scire ad sciendum an remissio pensionis facienda sit ob facultatem, vel non, vel Gabella solvenda sit & debeatur. Tertius casus est secundum Ripam ubi supra. num. 55. cum sequatur aliquibus, quando partes ubi sunt verbo emptiois & venditionis, & tunc inquit quod si civitas vendiderit redditus & proventus datorum consilio pretio in singulos annos, vel mensis, quod erit locatio, & non venditio, & hec est communis opinio secundum Ripam, & hec est communis opinio secundum Ripam, ubi supra num. 56. Neque obstat quod sonet in venditionem,

venditionem, quia magis est attendenda veritas & natura contractus, quam verba, l. si insulam. ff. de pre. verb. l. si olei. C. locati, nam verum emittit exponitur quomodoque pro conductu, l. si hi qui Colocat. l. ea lege & locati. ff. eod. Neque etiam obstat quod celeriter vendi spes, quia istud non est verum, quando empti sunt redditus percipiendi, cum intelligantur empti fructus soli communiter percipi, l. interdum. ff. de verborum obligatione, sed in unico pretio pro omnibus annis, & tunc venditio est, ut communem cum Bart. testatur Ripa ubi supra. num. 47. que tanquam communis sequenda est, ex quibus Ripa ibidem. num. 68. usque ad 66. exclusivè plura inserit, & Berrach. de Gabell. 2. part. num. 43. cum sequent. pluribus de iis tractat. Eric quartus & ultimus casus, quem ibi Ripa ponit in num. 66. quando contraheutes in contractu ubi sunt promissive & simul, verbo venditionis & locationis, siue pretii prestatio dividatur in singulos annos uniformiter, siue constitutum sit unum pretium pro toto tempore, quia si subjecta materia magis convenit locationi, quam venditioni, erit locatio, & non venditio, & hec mihi per hos casus videtur iuridica distinctio, cum Ripa ubi supra a. num. 53. usque ad 66. ex quibus habes duas conclud. veras & tenendas meo iudicio, prima quod si Rex vel communitas vel persona quedam concessit Titio Gabella vel fructus fundi usque ad decem annos pretio 1000. florenorum singulo anno, si oritur verbo locationis, vel nullo verbo locationis, vel venditionis usus est, vel etiam si utatur verbo venditionis, vel promissive & simul locationis & venditionis locatio est & non venditio, & sic remissio fiet, & Gabella non solvetur si fructus alicujus fundi vel herba deflexa per decem aut plus vel minus annos cedantur vel istem si pro uno anno si fructus erant tunc demonstrati. Secunda conclusio est quod si fructus Gabella vel fundi vendiderim pro pluribus annis, uno tantum pretio, utens verbo venditionis tunc venditio est & non locatio, tum quia verbo, venditio, usus sum, tam etiam, quia pro uno pretio pro singulis annis, tum etiam quia vendita spes videtur, & licet iste casus difficultatem possit habere, quia fructus non sunt demonstrati, tamen, dictis considerationibus attentis, & quia communis opinio sic se habet, ut diximus, sic tenendum est de quibus post hanc vidi actum per Carroc. in reali. locati & eod. 1. parte, tit. de similitudine loca. in 4. quali. de per. eam & Menoch. de pre. sumpt. lib. 1. pre. sumpt. 104. quem post hanc scripta vidi, & sequitur Ripa velliga.

IN LEGEM SECUNDAM.

- 1 Gabella ac redditus alii Regii in subhabitatione publica locantur, & presentibus officialibus communis.
2 De subhabitationis forma ac modo remissive.
3 Gabella si per preconia non subhabentur, an valebit subhabitatio.
4 Gabella tradenda est plus offerenti, numero 14. ut ibi.
5 Desipere alium etiam intra dimidium non licet in conscientia.
6 Gabella locanda an liceri possint non idem. Azevedo in Recopilacionum. Tom. VI.

- 7 Gabella an per tres annos locanda sint.
8 Offerenti in subhabitatione an possit offerre.
9 Offerenti notario vel precanti an obligetur.
10 Oblatione facta in prima subhabitatione an sit danda secunda delatio, ut alius plus offerat, subhabitationis tempus licet iudici vel officiali auferre non vero minere.
11 Pava fraudantium Gabellarum an veniant in venditione, vel locatione Gabellarum, & quid veniat in contractu locationis Gabellarum, & quid si culpa locatoris locatio non matur.

SUMMARIUM.

Redditus Regii in subhabitatione publica locandi sunt, & dandi majori pretium offerenti.

Li. Si hapan por pregonos, ut & in l. 4. tit. sequenti, & sic in subhabitatione publica, prout quotidie fit, locantur redditus & Regii ut & disponebatur ex test. in l. si temporaria. C. de fid. instr. & per. hof. ff. lib. 10. ubi gloss. & Doct. & gloss. in l. 1. eod. tit. & lib. & ibi Platea. text. in Authent. hoc jus preceponum. C. de Sacros. Eccles. Bald. in l. orda. col. 1. C. de execut. rei jud. & l. 3. infra tit. seq. text. in l. 7. tit. 7. part. 5. ubi gloss. hec iura. & l. 45. Gabellarum ad hoc allegat & est. l. 1. tit. 14. infra isto lib. quam attente leges, nam in pri. videtur dicere, quod non ponantur in precepono redditus, & intelligitur enim in locis minimis, qui non habent triginta vicinos, sedus aliunde, ut in eadem lege probatur, que formam & ordinem preceponandi & ponendi siueles & collectores describit, & debet talis subhabitatio fieri presentibus officialibus communis l. fin. & ibi Bald. C. nova vellig. impo. non poss. & ita servatur in pract. prout asserit Berrachin. de Gabell. 2. part. num. 17. & de subhabitationis forma ac modo, & vide per Bart. & DD. in l. si tempora & in dicta authentica hoc jus preceponum & Bart. in l. licitatio. ff. de pub. & vellig. & vide Specul. de citatio. 5. si quis cor. si vera subhabitatio. & videtur ac vitem tractatum fecit de subhabitationibus, Jodocus Damhouderi, ubi in quibus casibus & cum quibus requiritur subhabitatio, & de ejus forma & modo & plures questiones circa hec ibi videbis qui desumpte a Berrach. de Gabell. 2. part. num. 17. cum pluribus seq. & num. 23. an requiritur secundam subhabitationem ut detur plus offerenti. Sed an si per preconia non subhabentur valebit & subhabitatio, crederem quod non, quia hec est forma substantialis, & sic vitatur omittio ejus, item ex. l. 4. infra eod. videtur, determinari.

Ibi. T que se san otaradas al que mas diera por ellas, ut probatur in dict. l. si tempora. C. de fid. instr. & per. hof. ff. lib. 10. gloss. oami in l. 1. C. eod. tit. & lib. & Berrach. ubi supra. num. 20. quem allegat ad hoc Casianus in consuet. Burgon. tit. de Gabellis. num. 11. imo & obligatus est & cogitur ex officio preceponens & habere sic illi tradere plus offerenti ut voluit Bart. dict. l. si tempora. num. 4. & ibi Platea & alii & Roma. ff. de p. 762. incipitenti scilicet, & ibi Addit. dum tamen iustum non excedat pretium, si velis illud an conscientiam habere, nam licet improbitus & venditoribus & contraheutibus ad in vicem

vicem se decipere, licere dicatur, dum non sit ultra dimidium iusti pretii, in foro tamen conscientie et id non licet maxime Ecclesiis & Ecclesiasticis personis qui debent esse aliis in exemplum, ut in proposito latè defendit Iodocus ubi supra cap. 5. num. 2. cum sequuntur pluribus, & in proposito nostrum probatur in dict. l. si tempora, & Glol. l. 1. C. eodem tit. de fide instr. lib. 10. ideo iudicibus & rectoribus civitatum consulo ne nimis (dum Regi & civitatibus consulerentur) res eorum locando vel vendendo plus iusto pretio, animabus & conscientiis suis nocent, Regis enim conscientiam illasim videri, dici potest, cum ipse nequiter administratores se habere nolit, ipsi tamen si aliter fecerint, sibi imputent, ideo licet hæc lex dicat, quod plus offerenti detur locatio dum videtur iusto esse subhastata, alios fuasionibus & Rogibus, & plerumque falsis verbis, & mendacibus non alliciant ad plus offerendum. Sed quoniam hæc omnes dicunt, cum nihil proficiant, & contrarium quotidie fiat, seil eis responderi poterit, quoniam ne oneras conscientiam, ideo qui habet aures audiendi audiatur, & dixi l. 4. titulo 5. numero 28. lib. 7. supra. sed cum text. hic dicat quod dentur redditus si illi qui plus obulerit, dabitur ne infami i dixi in l. 2. titulo, præcedentis. Sed an non idoneo locabitur redditus Regius, & visitetur, quod sic, quia lex nostra solum requirit, quod plus offerenti detur, & non dicitur, & idoneo, ergo. Sed contrarium est dicendum maxime in redditibus iis regalibus, & probatur ex l. qui satisficere, §. plane, ff. de iudic. §. ex l. arbitrio ff. qui satisficere cog. & ex alius adductis per Iodo. in dict. 19. tit. de subhast. copia. num. 8. cum sequentibus, & legibus nostris Gabellarum & maxime præcedentis tituli cautum est, & ex l. 1. §. cum sequentibus. tit. 2. infra eodem, & tradit Bertachin. in supra, num. 20. ubi inquit quod si non facillidè reverti potest ad antecedentem licitatoreni pro ut & legibus nostris statutum reperimus, & nota quod secundum dict. l. 7. tit. 7. part. 1. solum per tres annos redditus Regii locandi sunt, & idem esse de iure communi, inquit Bertach. de Gabel. 2. part. num. 16. Cassaneus in consuet. Burg. tit. de Gabellis, num. 10. & hodie id disponitur, & quando fieri debeat per cap. 6. novarum punctuatio-nium, sed an offerens in subhastatione potest penitere, diximus late in l. 4. tit. 1. lib. 7. supra. num. 26. de quo ultra ibi allegatos, agitur per Francisc. Claper. in censure casuum fiscal. causa 3. quæst. 1. numero 7. cum sequentibus, & per Iodo. in tract. subhastat. cap. 5. num. 17. & clarior per Bertachinum, de Gabellis, 2. part. num. 21. & res hæc quoad Regem per l. 1. tit. sequent. distincta est ut diximus in dict. l. 4. ubi te remitto, ne bis idem repetamus, & etiam Gironvia de Gabel. 2. part. §. 1. num. 20. cum sequentibus. Sed an offerens in subhastatione Gabellarum notario vel præconi vel obligetur, dicendum est quod sic, cum Bart. in l. ieratio in princ. de publ. & cens. quod mirabile esse dicit Bertach. de Gabel. 1. part. num. 21. & Iodocus ubi supra, num. 14. & alii relati per Carroc. in tract. locat. & condic. 3. parte, de locutione vellig. quæst. 3. num. 4. qui post hæc scripta ad manus meas per-

venit, & mirabile quod per positionem elicti, vel bannigium periciatur contractus & obligatio causetur, cum aliis requiratur presentia partium & temporum continuas. l. 1. ff. de verborum obligatione: sed mirabilis res est quod contractus valeat cum in certa persona contra legem, in eimentis, de contrahen. empt. & tamen in casu subhastationis non videtur factum ex intervallo, quod fit intra tempora subhastationum, neque requiritur presentia persone cum sufficiat ire ad præconem, vel illum de quo dicitur in præconio, & præco sit organum & nuntius domini rei vendite, per quem dominus ipse vendere videtur, quasi per certum nuntium picam & organum, & idem tradit Iodocus in dicto tractatu de subhastat. cap. 3. num. 4. & Corneus cons. 29. col. 1. §. 2. volumin. 4. & an siquis obtulit in prima subhastatione & termino, utrum sit danda & secunda dilatio, ut alius plus offerat, vide Barac. de Gabel. 2. part. num. 23. cum sequentibus, & Cassaneus in consuet. Burgens. tit. de Gabellis, num. 27. & nota quod subhastationis tempus licet iudici vel officiale augere non vero minuire ut dixi in dict. l. 4. titulo, §. lib. 7. sed an pœne fraudantium Gabellas veniant in venditione vel locacione Gabellarum, sic quod sic etiam si nihil de hoc dicatur dummodo aliud in contrarium dicitur non sit, secundum Bertach. de Gabel. 1. part. num. 36. ubi num. 41. cum sequentibus, tradit quid veniat in contractu locacionis Gabellarum, & quid si culpa locantis non utitur locacione.

IN LEGEM TERTIAM.

1 Regii redditus de iure communi per 20. dies subhastandi erant, num. 1. ubi eorum quibus debet eorum subhastatio fieri.

SUMMARIUM.

Assignatur tempus in quo calculatores Regii tenentur reddere Regis & Gabellarum locare, & subhastare.

Ibi, A veynte dias de el mes de septiembre de cada un año. Junctis verbis sequentibus. T dentro de quaxata dias siguientes despues que los pusieren en precio las tenz. en remat. das. De iure communi per viginti dies subhastandi erant Regii redditus, secundum glo. ordinis in l. 1. C. de fide instr. & jur. hos. ff. lib. 10. in authentic. hoc jus portatum. C. de Sacrosane. Eccles. Iodoc. in dict. tract. de subhastat. c. 5. num. 1. & Bart. & Ang. relati per Bertach. de Gabel. 2. part. numer. 17. ubi & Bart. in l. si tempora ad fin. C. de fid. instr. & jur. hos. ff. lib. 10. inquit, quod non potest subhastator rerum fiscalium ante dictos viginti dies translatate, quia augere non vero minuire potest tempus istud, debetque subhastatio fieri presentibus officialibus communis, quoties subhastantur Gabella civitatum & locorum de par. minor. ex tex. in l. fin. & ibi Bald. C. rev. vellig. nup. non pos. & Bertach. dict. num. 17. nam si de par. major, subhastaretur coram calculato-ribus Regis ex text. nostro & ex toto hoc titulo subhastari debent intra tempus nostræ iuris, qui in hoc servandus est.

IN LEGEM QUARTAM.

1 Subhastatio est facienda in loco publico.

DE lege. 4. sequent. vide dicta in l. 2. supra eodem, & vide leges parti allegatas per Avendaño in dictionario ver. almoneda, in princ. probantes quod subhastatio est facienda in loco publico, ut inquit lex nostra.

IN LEGEM QUINTAM.

- 1 Dies subhastationi formati abbreviari non potest per officiales ad subhastandos redditus regios positos & ibi quod termini extra-judiciales peremptorii sunt, licet non dicatur.
- 2 Offerenti plus intra terminum assignatum ultima subhastationi admittendus est, licet subhastata sit Gabella. In fisco id speciale est, secus in aliis non privilegiatis, sicut fisco, quia in eis non intelligitur conditio nisi alius meliorem conditionem attulerit.
- 3 Non intelligitur conditio nisi ut ibi.
- 4 Subhastatione ultima facta nullus alius est admittendus, etiam in continenti plus offerens, nisi ut ibi.
- 5 Offerenti plus intra terminum signatum, si intra illum major licitator appareat admittitur cum condicione, quod terminum signatus prorogatur usque ad talem diem.
- 6 Fiet, nisi ut ibi.

SUMMARIUM.

Tabellis de rentas notificare debet calculato-ribus majoribus signatum diem pro ultima subhastatione sub nostra legis para, ut ipsi assignent secundum quod in lege nostra disponitur.

Ibi, Los remates de nuestras rentas se hagan en el mesmo dia que para ello fuere señalado. Pondeta dictionem illam, en el mesmo dia que para ello fuere señalado, ut intelligas quod dies ille & abbreviari non potest per officiales positos ad subhastandos redditus regios prout in l. 3. supra & tradit Bart. & ibi ejus Addit. in l. si tempora. C. de fide instr. & jur. hos. ff. lib. 10. n. 1. quia ut ibi dicit Bart. n. 6. illi termini extrajudiciales intelliguntur peremptorii, licet hoc non adjiciatur, adeo ut si ante terminum signatum redditus alicui subhastaverint, si alius post hoc, intra tamen terminum illum appareat & plus offerat, admittendus est & ex textu in dict. l. si tempora, ubi Bart. ita illum text. summat, & omnes ibi ubi Placca, inquit, hoc esse ob fisci privilegium, secus in aliis venditionibus & locacionibus aliarum civitatum, quæ loco pñ vatorum habentur, l. cum qui vendit. ff. de verborum sign. in quibus non intelligitur hæc conditio, & nisi alius meliorem conditionem attulerit, sicut intelligitur in fisco, ut & inquit Claperius in Centur. cons. fiscal. caus. 3. quæst. prima, numero quarto & sexto. nisi de hoc privati ij habeant privilegium, vel statutum, ex textu in l. Lucina. §. fin. ff. ad municip. leg. prima & secunda. C. de venat. rev. civit. lib. 17. ex quo infero, quod si præco dicit quod ad talem terminum vel in tali die dabitur plus offerenti, idem

est in privato quod in fisco, quia militat eadem ratio idem dicendi in privato, quod in fisco dicitur.

Ibi, Después de hecho el remate a la hora suso dicha no se pueda rescibir paja alguna. ex his verbis notare poteris, quod etiam in continenti facto remate, aliquis appareat & offerat plus quod solet dici, en seguimiento de el remate, non est admittendus, & verba enim hæc exclusiva sunt, & consequenter post horam illam ubi fit dicta subhastatio ultima, nullus est admittendus, quantumcumque sit fisco, eo quod illi remanent alii termini apposti per l. primam, & secundam, & sequentibus, de las pujas, infra eodem lib. ubi admittitur plus offerens post dictam subhastationem, sed si leges ille non adessent, sed nota tantum, tunc utique non admittetur fisco ad recipiendum majorem licitationem facta dicta subhastatione, eo quod verba hæc, no se podrá rescibir, impossibilitant ad recipiendum, & consequenter, neque ex vi restitutionis admittetur fisco, licet de jure admittenda esset persona privilegiata, quæ postea petere in integrum restitutionem, ut in proposito inquit Bart. dict. l. si tempora num. 7. sed extra casum nostræ legis & in aliis quam Gabellarum locacionibus post subhastationem admittetur minor, & resp. per viam restitutionis secundum quod dixi in l. 1. tit. 1. lib. 2. sub. sed an si aliquis compareat intra terminum signatum subhastationi, & offerat majus pretium quam erat per alium tertium oblatum, sed id plus offerat cum condicione quod non fiat subhastatio die assignato, sed post octo vel viginti dies sequentes post diem assignatum poterit & admitti dicta licitatio, & videtur quod non, quia resultare videtur damnnum primo postori, qui videtur habere jus questum, in assignatione diei para el remate, & ex licitatione sua per subhastatores admilla, sed nihilominus crederem admittendam dictam secundam licitationem cum prorogacione temporis, quia licet minus non possit tempus, augeri tamen potest per officiales subhastatores, ut dictum est in hoc titulo: item quia licet lapsio termino constituto, non possit fieri de novo præconium, & dari alia dilatio, secundum glossam ubi Bart. & ejus Addit. nam, quinto in dict. leg. si tempora, tamen intra terminum illum id fieri optime potest, ex dictis, quod prorogari potest, & quia consistit favor, ut inquit Avendaño cap. 12. par. num. 2. in medio libro 2. & sic video quotidie fieri in subhastationibus publicis. Sed an si subhastatores diverint, quod tali die debeat fieri subhastatio per præconem, vel quod tali die & hora remaneat subhastatio facta, & sic, que de rematada la renta, us inquit lex nostra, in præconio, ibi, que bechos los pregoner que de rematada la dicha renta, an deveniente die illo & hora assignata teneatur officialis subhastator omnino subhastationem facere per præconem, vel si periret hora illius assignate possit augere ut minimum etiam alius non appareat & plus licitando & horam ac terminum prorogando, & in hoc dicendum est cum Bart. in dict. leg. si tempora, num. 4. per text. ibi, quod compelli potest officialis ad vendendum, vel locandam, si in præconio dictum sit, quod plus offerenti dabitur, sed si præco simpliciter

diceret, quicunque velit emere, veniat ad offerendum intra talem diem, neque adjiceretur, & plus offerenti dabitur, tunc non cogitur dare illi postori, etiam si alius meliorem conditionem non attulerit, quia ad hoc se non adstringit, potuit enim esse quod fuit factum ad explorandum valorem rei, magis quam ad vendendum, ut l. si servus in pohn. de condit. fur. sed an ipse licitator poterit penitens diximus in l. 4. tit. 5. num. 26. lib. 7. supra.

De lege. 6. quod praefertur licitatio facta coram Rege, dicitur in proposito facere dicta per dominum in re, si a sede in fin. d. prob. in 6. de proviso per Episcopum concurrando cum vicario ejus eodem tempore, et Probium de pensio. 1. par. quod o. 18. & per Arnul. Ruz. in irat. de jur. Regal. privilegio 16. num. 19.

De lege. 7. sequenti, vide quid in locatione de por menor, circa fide-jussiones, de quibus hic, in l. 8. tit. sequenti.

De lege. 8. quando & quo tempore in locationibus de por menor, debent praestari hae fide-jussiones, vide l. octavam in fin. tituli sequentis.

De lege. 10. quid in locationibus de por menor, in eadem & simili materia, agendum sit, vide l. 9. tit. sequenti.

IN LEGEM UNDECIMAM.

SUMMARIUM.

Conductor Gabellarum si non praestitit fide-jussorem & approbatores eorum, neque extraxerit recudimentum secundum dispositiones legum precedentium, potest redditus ille ad Regem redire, vel de novo praconizari, & id quod minus pro eo reperitur, recuperandum est a conductore non praestante fide-jussorem, & quid intelligitur esse la quiebra.

Ibi, Ordinem y mandamos, in ejus proposito cum redditus reducitur, a quiebra, vide qua diximus in l. quarta titulo quinto libro septimo supra in glossa qua majores, & tradit Benvenuto, de mercatura titulo de decutorib. num. octavo cum sequentibus pag. 331. in parvis, & quid in locatione de por menor, vide l. decimam & undecimam sequenti.

Ibi, Si requirit, idem disponitur in locatione de por menor, in leg. decima, in tra titulo sequenti, & hoc in casu in quo hic loquitur procedit scilicet cum redditus reducitur in publicam & novam subbaltationem, secus cum reducitur ad iorno, scilicet cum antecedenti conductori tradenda est, quia sic Rex & administratores ejus volunt, tunc enim requiritur & citari debet tam in locatione de por mayor, ut in leg. duodecima, & decima quarta, infra isto titulo quam de por menor, & in leg. undecima tituli sequenti.

IN LEGEM DUODECIMAM.

1. Licitatores Gabellarum non liberantur per secundum licitationem alterius: non praestanti fide-jussore intra debitum terminum, licet secus in aliis.
2. Turnus factus de novo licitatore in alium debet

notificari illi in quem fit, & differi a quiebra, in fin. cum sequentibus & in l. sequente repetitur.

SUMMARIUM.

Turnus qualiter sit faciendus, si ultimus subbaltator non praestitit fide-jussorem, & approbatores intra terminum a jure descriptum.

Ibi, Fazer tornos, de un ponedo en otro, hic est textus probans quod licet prior licitator per obligationem ultimi & ejus acceptationem liberatus est, sive dicatur in praconio quod plus offerenti dabitur, sive quod si melior conditio offeratur liceat ab emptione resilire ex dictis per Bart. in l. si tempora. C. de hds infra. & para hals fsc. libro 10. quem & Boher. decisio 248. columna tertia refert. Clapertus in Centuria causarum fiscalium causa 3. quaestio prima, numero septimo, octavo, & nono; tamen in conductione reddituum Regiorum, haec cessant: non enim per majorem licitationem etiam acceptatam liberantur praecedentes licitatores, sed tenentur utique si redditus locatus reducatur ad turnum inter licitationes ob non praestatas fide-jussiones in tempore legalis, vel ob non datos approbatores, ut ex l. nostra & aliis hujus nostri tituli & sequenti clarissime patet tam in locationibus de por mayor, quam de por menor de quibus & lege in precedenti diximus, & tradit Clav. in conf. Burg. tit. de Gabella, num. 22. ubi num. 26. inquit, quod si primus conductor Gabellarum locet alteri, & primas aufragiat, vel non sit solvendo, potest recurrere ad secundum.

Ibi, Despues de passados los cinco dias, de quibus in l. 7. & 8. supra eodem & in de por menor, in l. 8. tit. sequenti.

Ibi, Los sextos dias, de quibus in l. nona supra, eodem, & in locatione de por menor, in dist. 1. octava tituli sequenti, & in l. 11. ibid. qualiter fiat turnus in iis de por menor, & nota ad has leges de turno tractantes, quod sit turnus de uno licitatore in alium precedentem, & cum hoc sit debet turnus notificari illi, cui tribuitur, & in hoc differit ab illo, quod vere vocatur quiebra, & de qua in l. 11. supra eodem, & in de por menor, in l. 10. tit. sequenti, nam vocatur de quiebra, & vere cum dominus redditus vult sibi potius eligere, ut remaneat redditus locatus apud se, praconizando illum de novo, ut si minus locetur quam antea erat locatus, illum minus solvat licitator ille, qui non dedit fide-jussorem, & abonatores in tempore, & ad hoc non citatur talis licitator, neque ei notificatur, eo quod remanet redditus penes dominum, sed cum sit turnus, tunc quia redditus remanere debet illi & cui turnus sit, debet ei notificari, ut praestet fide-jussiones in tempore a lege nostra constituto, quod si eas non praestiterit, reducitur redditus ad antecedentem licitatorum, & ille qui non praestitit fide-jussorem solvir illud quod minus valet redditus, ex eo quod reducitur ad alium antecedentem licitatorum, qui in minori pretio redditum talem licitaverat, & isto modo intelliges has leges.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

IN LEGEM DECIMAM-OCTAVAM.

SUMMARIUM.

Turnus notificandus est illi licitatori & conductori, in quem redditus devolvitur, ut intra tempus nostra legis praestet fide-jussorem, & quomodo facienda est haec notificatio declarat lex nostra.

Ibi, Le sea notificado, idem disponitur in locatione horum reddituum de por menor, in l. 11. tit. sequenti, quod secus est cum vere redditus revertitur & devolvitur ex quiebra, tunc enim nulla requiritur notificatio, ut in l. 11. & 12. supra eodem diximus.

IN LEGEM DECIMAM-SEPTIMAM.

1. Valeat locatio duorum reddituum regalium uno pretio subbaltata, & qui tunc declarabit.

De lege. 17. nostri tituli qua est 50. quaeterni Gabellarum facit mentionem Mincha. in lib. 2. de successione, creatione, s. 14. num. 215. & Lafare cum referens, de decim. vendi. cap. 18. num. 20. ad hoc quod valet locatio hae facta duorum reddituum uno pretio patitur utroque locando & etiam conductor non declarat intra quinque dies nostrae legis, quanto pretio unumquemque redditum conduxit, eo quod Regii calculatores lapsis iis quinque diebus non facta dicta declaratione per conductorem, possunt eam facere, ex legis nostrae permissione, & valet, & hoc est sine dubio.



TITULUS DUODECIMUS

De los arrendamientos de las rentas reales de por Menor.

Cum superiori titulo dictum sit de locationibus reddituum Regiorum de por mayor, nunc consequenter fuit necesse videre de locationibus dictorum reddituum de por menor.

Leges istius tituli brevissime sunt explananda, cum in titulo precedente sint multe eis similes in locationibus de por mayor, ubi aliqua diximus, que hic dicenda forent, nisi ibidem apponerentur, ideo parum immorabimur in hoc titulo.

IN LEGEM TERTIAM.

- 1. Subhastatio publica facienda est in rebus publicis, licet non sint in rebus privatorum.
- 2. Praconia debent intervenire.

SUMMARIUM.

Redditus Regii pro minor locati non possunt, nisi eorum subhastatio de rentas & per praconia in publica subhastatione.

Ibi, En publica almoneda. Nam licet in locationibus non requiritur subhastatio secundum glos. l. quandoque non, per l. l. C. de vend. rer. civi. l. 1. hoc est in rebus privatorum, locus est in publicis ut per Rebus. 2. tom. cons. Franc. tit. de pracon. l. 4. num. 32. & tit. praconia dicitur.

Ibi, Y por pracones, ita quod non sufficiat publicè vendi nisi praconizentur. De quibus praconis plura dixit Rebus. 2. tom. cons. Franc. tit. de pracon. & vide quae diximus, in l. 2. tit. precedentis.

IN LEGEM QUINTAM.

SUMMARIUM.

Nullus conductor de por mayor locans redditus Regios de por menor potest promittere promissa ad annos futuros de quibus non habet recedimentum.

Ibi, Ordenamos, Similis est legi finali tituli sequentis ubi aliqua dicemus.

IN LEGEM SEXTAM.

- 1. Divisio debiti inter conductores facta an nocet creditoribus in in solidum contra quemlibet agere non possunt?
- 2. Conductores plures Gabellarum si dividant societatem, & administrationem, quomodo tenentur sicut ad pretium?

- 3. An & tunc tenebitur unus alteri lucrum communicare?

SUMMARIUM.

Ubi in aliqua provincia sint plures conductores de por mayor, quomodo poterunt de por menor dividere & facere redditus hos Regios?

Ibi, Que en el partido de uviere muchos arrendadores. Sed est questio singularis, an divisio inter conductores facta nocet creditoribus, qui possunt in solidum agere contra quemlibet debitoribus? tradit Specu. de judi. s. 4. vers. potest esse & Bart. in l. si s. i. ff. si cert. pet. & iterum in l. inter eos de fidejussor. l. si creditores cum glos. C. de post. Bertachin. de Gabel. 2. par. num. 29. ubi num. 28. querit etiam, si plures conductores Gabellarum dividant societatem & administrationem, quomodo tenebuntur sicut ad pretium et inquit quod si sine consensu filii dividerunt, tenetur quilibet in solidum, & alter pro altero, si vero cum consensu filii dividerunt, tenetur quemlibet sequitur, in parte sua. l. licitatio, s. socii & ibi. DD. ff. de publica. ubi inquit Angel. & Joa. Imol. quod si dividerunt animo dividendi non tenetur lucrum unus contra alteri communicare, secus si gratia commodioris usus per notata in l. Caius. de leg. 2. & in l. 2. de adm. tm. tenet Petrus Vval. in tract. de societ. 11. part. questio. 19.

IN LEGEM SEPTIMAM.

SUMMARIUM.

Transferens in alium redditum de por menor remanet adhuc obligatus usque ad non conductores de por mayor sine contenti de fidejussoribus a persona in qua translatio fit dicitur.

Ibi, Por quanto tenemos dispuesto en los arrendamientos de por mayor, ut in l. 18. tit. precedentis, dictum & dispositum est, & sunt iustae dispositiones

De los arrendam. &c. Ley VIII. y IX. 31

IN LEGEM UNDECIMAM.

- 1. Conventiones facta a primis conductoribus an sint observanda per secundas.
- 2. Per quod tempus durent.

SUMMARIUM.

Conductore minore non satisfaciendo de fidejussoribus qualiter fiet tunc inter licitatores praecedentes, & an tunc valeant pactiones facta per licitatores?

Ibi, mandamos, idem in locatione de por mayor, disponitur in l. 14. tit. precedentis.

Ibi, Y si algunos pnedores de mayores quantias. Ille est vericulus finalis nostre legis, in quo de conventionibus factis per licitatores tractatur, an sint servandae per secundos conductores & licitatores, & in hoc ex lege nostra & ex l. 13. & 14. hujus nostri tituli & ex l. 14. & 16. ult. sequent. Parlado, in l. 1. rer. quodid. cap. 3. s. 7. num. 21. cum sequent. sequendo legum harum vestigia distinctione procedit, quod aut hujusmodi conventiones factae sunt a priore conductore antea quam expeditam haberet conductionis tesseram, vulgo recedimento deemborgado, & tales conductiones tanquam factae a non parte non obligant conductorem secundum, sed in ipsius potius postum erit arbitrio, ut cum illis stare velit, nec ne; in vero priori conductor expedita conductionis tessera data fuerit, secundum hie conductor stare omnino tenetur conventionibus illis ab illo priore factis, ex text. nostro, ceterum, si ha conventiones factae fuerint a conductore habente expeditam conductionis tesseram, omnino ratae sunt, & illis parere tam contrahentes, quam secundi conductores tenentur, ut in dictis legibus 13. & 14. nostri tituli, & in l. 14. & 16. tituli, sequentis disponitur, durabuntque tales conventiones tantum quoad usque duraverit tempus conventionis, & non ultra, ita ut si secundus conductor in plures annos quam erat prior conductione adjectionem fecerit, ejusmodi conventiones ultra tempus prioris conductionis vim non habebunt, juxta l. cum Hermes. C. locati, ita Parlador, ubi supra, num. 23. idque est sine dubio, & tradit succincte de iis Lafare, de decim. vend. cap. 18. num. 88. licet aliud de jure communi esse asserit Firmin. relatus per Girondam, de Gabel. 2. part. in prin. num. 21. & 23.

IN LEGEM DECIMAM-TERTIAM.

SUMMARIUM.

Redditus Regii, per minus hoc est per menor locanda, praconizande sunt ad minus per sex dies ante primam subhastationem: aliter enim subhastatio erit nulla & remanebit via licitandi aperta.

Ibi, Ordenamos, legem istam allegat Minchalea de successon. creatio. lib. 1. s. 14. numero 118. eam declarando secundum impressionem Salmantianam, ut eam refert Lafare, de decim. vendi. cap. 18. num. 20. sed secundum meam impressionem

dispositiones tam Regi, quam conductoribus convenientes & salutifera, tum ne sit licitum conductori per translationem Regi praedicate, tunc etiam ne conductor transferens, remaneat in damno & obligatione, si ille in quem translatio facta est de fidejussoribus conductoribus majoribus vel Regem & ejus calculatores contentos fecerint.

IN LEGEM OCTAVAM.

- 1. Conductores Gabellarum si intra terminum debitum fidejussiones non praestiterint compelli possunt eas prestare.

SUMMARIUM.

Que fidejussiones sunt praestanda per conductores de por menor conductoribus de por mayor declaratae lex nostra & intra quod tempus.

Ibi, Mandamos que los arrendadores menores. Idem in conductoribus de por mayor, disponitur in l. 7. tit. precedentis.

Ibi, que las ayen de dar y den dentro de diez dias, in locationibus vero de por mayor, intra quod tempus debent hie fidejussiones praestari, vide text. in l. 9. tit. precedentis & si fidejussiones ad non praestiterint intra hoc tempus compelli ad hoc possunt per Claperium in cens. causa. ff. causa septima, questio unica.

IN LEGEM NONAM.

SUMMARIUM.

Conductores menores qui fidejussores non praestiterint secundum quod in lege precedente dictum est, amittunt promissum, & quartam partem licitationem lucratarum.

Ibi, Mandamos, idem in conductionibus de por mayor, dispositum est in l. 10. tit. precedentis.

IN LEGEM DECIMAM.

SUMMARIUM.

Cum conductor minor non satisfacit de fidejussoribus major conductor potest redditum sibi ipsi assumere, vel illum ad subhastationem devolvere secundum legis nostrae formam.

Ibi, Las pnedas tornar al almoneda. & sic devolvere illas ea quibus, ut diximus in l. 4. num. 26. tit. s. l. 6. supra, & in hoc lib. 9. iterum, & tradit Benue. de marcatur. tit. de deoctor. num. 8. cum sequent. pag. 311. in parvi.

Ibi, Sin requerir al arrendador, vide quae diximus in l. si, tit. precedentis pro intellectu horum verborum hujus legis cum aliis quae in hoc videbantur contrarie: nam ibidem eas & nostram declaravimus, & lex nostra loquitur cum reductor & devolvitur redditus Regius ad subhastationem, vulgo en quibra, lex vero sequens loquitur cum reductor ad turnum & sic al totum.

impresionem Venetiis factam anno. 1564. nihil videri de hac lege distille reperire potui.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

SUMMARIUM.

Conductor de por mayor si voluerit conductori de por menor tollere redditum conductum, qualiter & quomodo id fieri poterit, & an valeant conventiones facta declarari lex nostra.

TITULUS DECIMUSTERTIUS.

De las Pujas y prometidos.

Et cum superioribus titulis duobus dictum sit de locationibus de por mayor, & de por menor, nunc immediate venit declarandum quanam licitationes post admitti possint, & que promissa preberi ut conductores alliciantur ad majorem imposturam faciendam.

RUBRICA.

- 1. Licitationes dicuntur pujas & a quo verbo deriventur.
2. Licitator est, qui auget pretium.
3. Licitatio est actus licitandi, id est ipsa auctio.
4. Additio est augmentum pretii vel mercedis.
5. Paltum additio in diem semper inest in venditionibus vel locationibus fiscalibus.
6. De promissis remissio.

Ibi, Pujas. Quae licitationes vocantur, & licito, vel liciteo, id est rei in publicis venditionibus expositae subhastantur, l. arbor. §. 1. ubi qui de subhasto licere cogitur, ff. cum dividendo, unde licitari est tale pretium augere & cum videlicet altercantur invicem emere volentes, l. item quod distum in ff. de re adu. l. ubi deinde prior emptor adversus eum licitatus sit, & animos licitatus, in l. si pignori, ff. famul. hered. & sic licitatoris est, qui auget & pretium, l. locatio §. reliquorum vel legalium ad irrevocandam conductorem antequam superiori conductum satisfactum admittendi non sunt, ff. de publica licitatioque est adu. ipse & licitandi, id est ipsa auctio, d. l. licitatio. l. si ubi per licitationem vilium eam accipiat, ff. de alienat. jud. l. §. si sine de minor, l. nam ad licitationem ff. famul. hered. l. item Laber, §. ibidem. C. cum dividam, in ff. De quibus multa scripsit Rebus, tom. 2. cons. Franc. tit. de prason. & licitator & subhastatio & vocatur etiam additio, & quae est augmentum pretii vel mercedis, & quod post venditionem, vel locationem subhastata, perfectam illico vel ex intervallo infra tempora constituta offeratur venditori vel officia-

Ibi, Quae las iguales y eventuales, vide quod diximus in l. 11. tit. praedictoris in glos. fia. & l. 11. nostri tit. de lege. 15. tractasse Minchacem relatum per Lafarre, de decim, vend. capit. 18. non. 20. ibidem ipse Lafarre asserit attentam impressione Salmantica ipsius Minchace. Sed secundum meam, quae est facta Venetiis anno. 1564. nihil dicit de ea, & per haec titulus iste 12. remanet finitus.

li ad id deputato, ut colligitur ex l. Lucius, §. si. cum glos. admittendis, ff. ad municip. & per Claper. in cent. caus. fiscal. causa 4. quaest. un. n. 1. ubi inquit in venditionibus fiscalibus factis sub hasta, vel locationibus temporalibus, inesse semper istud pactum additionis §. in diem ut per Bart. in d. l. Lucius, §. fia. In eadem Rub. ibi, promittat, quid sit promissum dixi in l. 6. glos. ayen de puzar, tit. 9. supra isto lib. & de iis & promissis vide Fran. Lacam in tract. de fsc. 4. part. & Aven. 28. praeo. lib. 2.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1. Licitationum solarium coram Rege, vel coram eius calculatoribus, quanam preferenda erit.
2. Licitationes duo si eodem tempore licitaverint, quis eorum preferatur.
3. Licitans per errorem magnam quantitatem an tenebitur.
4. Auctio facta contra legem, statutum, consuetudinem vel solum nulla sunt.
5. Renunciatio officii in favorem Titii si fiat cum clausula, & non aliter nec alio modo annullat contrarium dispositionem.

SUMMARIUM.

Auctio licitatioque coram licitatoribus majoribus, & coram redditum tabellione faciende sunt & non aliter.

Ibi, Tante sui lugares tenentes, qui quidem eandem tenent locum, sunt etenim eorum vicem tenentes, ac eandem potestatem habent sicut in locum tenentibus correctorum diximus

in l. 10. tit. 9. lib. 3. supra cum signatur.

Ibi, Ante menses constatores majores. Sed quid si si coram eis fiat per aliquem aliqua licitatio, & per alium & fiat etiam licitatio alia super eodem reddito coram Rege alio in loco existente, quoniam preferenda erit velle text. in l. 6. tit. 11. supra isto lib. & quid si eodem tempore duo licitaverint, & quis eorum preferatur, & in hoc Peregrinus, in tract. de privileg. fsc. lib. 6. tit. 5. n. 7. inquit Angel. in l. 1. C. de fide instr. & Jur. haff. fsc. lib. 10. sentisse, locum esse gratificationi, ego tamen in meo libro licet est de novissima impressione non inveni Angel. hoc dicere, inquit tamen ipse Peregrinus, ibidem quod veteri conductori assentiri ratio congrui suadet, in camera tamen, dicit moris esse ut denuo subhastentur, & hoc verius credo. Quid vero erit si per errorem secundum licitator putans primum in tanto posside, & non possit, licitavit & adjectionem fecit super illa quantitate an tenebitur, & in hoc glos. promittido in l. 3. §. tit. 26. part. 2. secus per Avend. cap. 12. praer. num. 6. in fin. lib. 2. plusibus propositis fundamentis pro hoc secundo licitatore erronee licitante; tandem inquit contra eum fuisse pronuntiatum, sed quod aequius aut justius fuerit relinquit cogitandum, sed tamen ego veritati adhererem & non errori, quia veritas est attendenda, & non error ei contrarius, praesertim si ob causam ipsorum calculatorum error fuit admittus, quia tunc nulli dubium, quin error rescindatur, quia nihil tam contrarium consensui quam error, ut dicitur in l. error. C. de jur. & fact. igner. sed difficultas habet in probando errorem, eo tamen probato & iustificato nihil obesse erranti crederem. Ibi, T no en otra manera, & aliter factum nullum erit, tum quia excidit forma a lege nostra data, & auctioes factae non servato ordine & forma inducta a lege consuetudine & vel statuto seu stylo sunt ipso jure nullae, prout in proposito inquit Rebus, in 2. tom. cons. Franc. tit. de licitat. in prefatio. num. 14. cum 4. sequent. tum etiam quia lex nostra annullat in effectu, ex virtute hujus dictionis, T no en otra manera, latine, non aliter neque alio modo, quae quidem dictio & clausula annullare solet resignationes conditionales in favorem talis & non aliter, neque alio modo, si in favorem & alterius gratia fiat, secundum glos. c. olim, 1. verbo tradidam de vest. spo. lal. cons. 162. col. 4. volum. 2. & cons. 88. in ff. volum. 3. & Rebus, in tract. benef. tit. de vest. conditionali. num. 3. tum tamen quia videtur legem nostram assidue & resistero facto contra ejus formam, ex dictis per Felin. in cap. disticta de rescrip. & quia cum lex aliquid introducit de novo cum certis modificationibus, omne in ea expressum censetur esse de forma substantiali, quae non servata cogitatur actus, ut diximus in l. 1. tit. 1. tom. 3. lib. 3. supra.

IN LEGEM SECUNDAM.

Adjectio aliqua post primam subhastationem non mittitur nisi illa de decimis aut dimidia, vel del quarto in redditibus Regis, vel caso ex

Pallo, lege aut statuto aliud dispositum & ex jure speciali an idem dicatur, ut in minore civitate, & Rep. & num. 6. & 7.
2. Ecclesia favor praeponderat favori civitatis, & num. 5.
3. Antiquus auctioer etiam in fiscalibus praefertur novo pro tanto, & num. 8.
4. Distio, usque exclusiva hic apponitur ob Regis favorem, & num. 9.
5. Tempora tria considerantur in licitationibus.
6. Omnes licitatores in rebu fiscalibus sunt obligati donec res remanet sub hasta, & num. 10.
7. Tempus quod datur in iis licitationibus rerum Regiarum, num. 11. 12. & 13.
8. Tempus secundum assignatur, & num. 14. & 15. ubi quot dierum sit.
9. Tempus tertium assignatur in num. 16. per modum dampnanti vel iriplamenti, quae in nostro regno vocatur, puja del quarto, & ibi quod tempus dierum datur.

SUMMARIUM.

Facta subhastatione & licitatione de primer reate, nulla auctio adjectio admittenda est, nisi si secundum quod in hac lege dicitur & intra eja tempora.

Ibi Nustras ventas, quasi secus sit in alijs, nisi lex pacto aut lege specialiter & idem quod in redditibus Regis statutum sit ut inquit glos. in fin. in l. si tempora. C. de fide-jus. iud. & Jur. haff. ff. lib. 10. aliud enim jus in hoc statutum reperimus in fisco, aliud enim in privato, Ecclesia, civitate vel minore, in quorum rerum venditionibus vel locationibus sub hasta factis regulariter additio non admittitur, nisi, lege & municipalitate caveatur, ut dicitur in l. Lucius §. fia. ff. ad municip. & ibi Bart. & in l. 1. §. 1. C. de vend. rer. civit. l. 1. 1. nisi dicat persona privatae vel Ecclesia aut respublica, vel minor expresse pacto hoc cavissent iuxta text. in dist. 1. ubi sine condicione, quem intelliges de isto pacto additionis, prout etiam glos. in 4. impletu intelligit textum in dist. 1. si tempora, extra enim istos illos casus Ecclesia, minor vel civitas non potest facere additionem de jure communi, ut in hoc lib. 9. iterum dictum reperies, & tenet Claperius in dist. Cent. caus. fsc. causa 4. quaest. unica n. 2. ubi tamen inquit, & in num. 3. quod ex jure & speciali ex vi restitutionis in integrum admittetur minor, ex l. si sine, in princ. in vers. quoniam est, ff. de minor. & idem ibi in dicto num. 3. inquit Claper. esse in rep. vel civitate & per text. in l. republicam. C. de jur. reipab. lib. 1. ubi pupilla & respu. extra ordinem invitantur, & ita fuisse servatum inquit Claper. ibi in quadam causa communitatis Gratianopolitanae quae tunc fuit iudicata, addit tamen, decisionem hanc non carere serupulo, cum textus in contrarium decerneret videretur in dist. 1. Lucius, §. fia. ubi lex nominatim negat civitatem posse adjectionem facere, nisi de hoc habeat legem specialem, hoc est privilegium, ut ibi exponit glos. vel statutum, ut ibi placet Bart. & est similis text. in l. 1. C. de vend. rer. civit. & si civitati ex hoc capite daretur restitutio, esset etiam danda Ecclesiae, cum civitas & Ecclesia pari passu ambulant per notin. fia. &

Authentica quas adiones, C. de sacrosanct. Ecclies. imo favor Ecclies preponderat favori civitatis ut ibi notatur. *Et nota it. & in l. sunt persone. ff. de religio. & sumpt. suu. ex quo sequitur secundum Claper. ubi sup. n. 4.* solum habere locum additionem de jure in venditionibus & locationibus fiscalibus & ut probatur in *dist. l. si tempora & ibi DD.* notant hoc esse speciale in fisco privilegium hoc competere, ut scilicet facta prima subhastatione quilibet admittatur augendo usque ad ultimam subhastationem intra terminum nostre legis pretium primæ subhastationi appositum addendo decimæ ad actionem integram vel mediam decimæ, vel adjectionem del quarto post ultimum remate, secundum quod in legibus sequentibus disponitur, sed hæc forma & modo nullus etiam minor, respública, civitas, vel Ecclesia admittitur, licet per viam incrementi & augmenti in obligationibus publicis civitas admittit quotidie, & minor vel Ecclesia si auctio & augmentum esset magnum, & per viam restitutionis pereretur admitti, secundum quod late diximus in *l. x. num. 11. cum sequent. tit. 1. lib. 1. supra ubi & diximus tunc conductores antiquos novis auctionatoribus preferendos pro tanto, & in rebus fiscalibus idem & esse dicit Petegri. in tract. de privill. s. lib. 6. tit. 5. num. 5.*

Ibi, si no fuerit, inclusio hæc & limitatio firmat regulam in contrarium, & sic est exclusio alterius eorumque licitationis per quæcumque viam situs velit aliud petere, præsertim cum remaneat via adjectionis del quarto, de qua in legibus nostri tituli: limitata enim causa limitatum producit effectum, & inclusio unius est exclusio alterius, exceptioque firmat regulam in contrarium ex juriis vulgaribus.

Ibi, *Contanto que no pueda ser menos de quinze dias del un remate al otro y hasta esto,* exclusive apponitur verbum hoc, *hasta*, latine usque, ob Regis favorem & ex dictis per Bal. in *Authentica hoc amplius nup. penult. & si. C. de fide. com. itaque debent ij quindocim dies esse completi ab una subhastatione ad aliam, & sic. Desas el primer remate hasta el postrero*, de qua dictione, usque dixi, in *l. 6. num. 3. & 4. tit. 3. & in. l. 1. num. 33. tit. 4. lib. 4. supra & que tempora dabantur de jure, ultra allegatos per me in *l. 1. tit. sequenti. n. 4.* tradit Claperius, in *cent. consular. s. causa 4. quæst. unica, num. 5. cum sequenti.* ubi, inquit, tria tempora & considerari. Primum est tempus statutum ad licitandum, intra quod cuique liberum offerre meliorem conditionem donec plus offerenti sit facta liberatio & adjudicatio per traditionem hæste fiscalis, vel aliud signum de more receptum traditionis significativum, & donec sint in actu licitationis, & priusquam sit facta liberatio, omnes licitatores sunt fisco obligati, nec censetur prior per obligationem ultimi liberatus, quamdiu res manet sub hasta, & in hoc servatur opinio Bart. in *l. licitatio, quæst. 1. ff. de publico & vellig. communiter reprobatâ opinione Bald. de qua per Paul. Castri. ibidem & Cremon. sing. 40. & recepta est ejusdem Castrensis distinctio ibi, que etiam communiter approbatur, secundum Claper. ubi supra n. 6. secundum quædam**

na. 7. *ibidem* de jure tempus hoc erat, 20. dierum, & quibus publice lic notum voce præconii, ut quicunque voluerit emere rem fisci, vel conductere, compareat certo loco & hora. ubi licitanda plus offerenti liberabitur subhasta candelæ extinctæ vel alio modo coram iudice vel delegato, ut probatur in *Authentica, hoc jus porrectum C. de Saer. Ecclies* quod habeat locum etiam in rebus fiscalibus, & minoris ut dicit Bart. in *dist. l. licitatio, in. 1. & 2. quæst. nu. 3. & 3. glof. sup. in l. 1. verbo omni oratione. C. de fid. instrum. & jur. hast. s. lib. 10. quam ibi omnes sequuntur, & glof. 1. in 3. intellectu, dist. l. si tempora eod. tit. & lib. ubi Bart. & alii: sed jure nostro ex *l. 13. tit. precedentis*, cum locatur redditus Regii de per unum, per conductorem de per major, per sex dies & debent præconizari, aliter conductio est nulla, ut ibi cavetur, & sic minui non poterit tempus sex dierum, augeri tamen possit cum ibidem non prohibeatur, & augendo reducitur ad tempus juris communis, sed in his consuetudo maxime est attendenda in his auctionibus, & secundum Boher. *decis. 248. col. fin. & Guido. Papa. 536. & Claper. ubi supra n. 8. & 10.* Secundum vero tempus statutum pro additionibus faciendis, & admittendis post liberationem, & sic desuper del primer remate, & in hoc Claper. ubi supra, num. 6. ex regia ordinatione dicebat esse octo dierum, sed de jure ex *dist. l. si tempora secundum primum intellectum glof. ibidem* tempus hoc ab ipso procuratore erat constitutum, & hunc esse veritorem intellectum illius. l. si tempora inquit Claper, ubi supra, num. 12. cum 3. sequitur, hocque profertur refutando alios duos intellectus, sed ex lege nostra id tempus jam est determinatum, ut scilicet, post primam liberationem, & sic desuper del primer remate, usque ad quindocim dies admittitur & licitatio major dum tamen sit de diebus, o medio diebus, ut inquit lex nostra, & sic secundum hoc debemus nos in nostro Regno gubernari. Tertium vero tempus additionis faciendæ, consideratur per Claper. ubi supra, num. 6. *vers. tertium & num. 17. cum sequitur.* scilicet per modum duplamenti & vel triplamenti ex regia ordinatione Regis Ludovici. 12. *artic. 13.* quæ in nostro regno vocatur, *paja del quarto.* & ad illam in Francia octo dies dabantur, sed nos habemus. l. 5. cum sequent. titulus nostri tituli tempus trium mensium statutum post ultimam subhastationem factam per viam de *diec mo 5 medio diec mo*, de qua lex nostra loquitur, & hoc tempus est statutum favore fisci, ut merito talis interpretatio sit admittenda, cum id sit utile fisco, & text. in *dist. l. si tempora, cum similibus* solum desiderat additionem fieri intra tempora nec distinguuntur an illico, vel ex intervallo adjiciatur, sed simpliciter loquuntur leges illæ, & sic simpliciter erant intelligendæ, nisi leges nostræ id dissimilent ut vides distinctum.*

Lex 3. & 4. sunt declaratoris & augmentativæ legum precedentium, cum essent omnes in quaternio posite sub *l. 12. & sic non est necesse amplius sub eis insistere, & nota ad l. 3. dum dicit promissa esse solvenda quod est similis, l. 2. infra isto tit. idem probantur.*

IN LEGEM QUINTAM.

- 1 Partitatum jure tertiam partem augeri post ultimam subhastationem requiratur, ex legibus nostris. quarta.
- 2 Licitatores pacisci non possunt ut non admittatur hæc queri adjectio, & num. 4. ampliatior duobus modis.
- 3 Quarta plura an possint offerri intra tempus assignatum adjectioni del quarto, & num. 5. & 6.

SUMMARIUM.

Nulla additio adjectio, vel auctio admittatur post ultimam subhastationem, nisi ex partium consensu, vel nisi adjiciatur quartum.

Ibi, *O si la puja fuere tanto quanto monta la quarta parte de la renta y no es otra manera,* De jure partitatum tertia pars & requirebatur, ut apparet ex *l. 7. tit. 7. part. 5. & ibi glof. ita notat, sed per nostram corrigitur, ut advertit Lasarte de decim. vend. cap. 18. num. 22. & jure Gallorum quid sit, vide Claper. in *decis. caus. s. lib. pag. 26. num. 23. & 16. causa 4. quæst. 1. un.* idque adeo procedit ut licitatores pacifici nequeant in contrarium, ne scilicet admittatur hæc queri adjectio, & etiam cum poena hoc promittatur, non valet poena 3 promissa, & secundum Lasarte ubi supra num. 30. imo nec summi ratione ex secundum cum 4 ibi, possunt in hoc & dispensare, & probatur ex text. nostro, in *vers. T. si los nuestros condadores lo contrar o licitaren que no vala*, nam si minore licitationem quam quarti lex nostra prohibet eis recipere, & fortiori, prohibere videtur, ne licitationem integram del quarto excludant, nam cui non licet, quod est plus, non licet quod est minus, & contra, faciliusque arguitur de prohibitione minori ad majorem, quam est contra, qua de causa credo non posse tute & cum bona conscientia licitatores majores aliud facere, cum sit metas legis nostræ excedere, & jus parti acquisitum tollere, quod neque ipsi Principi licet, nisi ex publica causa & adhibito bono cambio, ex dictis per nos. l. 1. tit. 1. lib. 4. supra & alibi in isto lib. 4. & sic dum asserit Minchat. relatus per Lasarte *dist. e. 18. num. 30. in fine*, aliud videlicet fieri, utique male & contra jus factum fuit & non est in posterum faciendum, & sic in mea impressione Venetiis facta nihil tale dixisse Minchacem inveni, præsertim cum ex lege nostra in fin. summos rationales id in consilio jurare debere disponatur, item no. quod inquit Lasarte *dist. eap. 18. num. 29.* ne dum unum quartum, sed & plura quarta unum post aliud in una & eadem locatione adhi posse, si modo tempus elargiatur, hoc est spiritum trium mensium nota emiserit, sed id neque verum & credo, neque perceptio bene quomodo plura quarta possint recepta additione primi quarti legitime & intra tempus a lege dissimulari, & quid si per plures annos locatio facta est, quomodo faciendâ sit hæc adjectio del quarto, vide Lasarte, ibid. num. 14. & 15.*

IN LEGEM SEXTAM.

- 1 Adjectio del quarto, non habet locum in rebus minimis, civitatibus, vel Ecclesiis nisi aliud ex pacto aut conventione sit statutum.
- 2 Considerantur verba nostri text. pro confusione quorundam dicentium auctorem admitti in obligationibus civitatum publicis quocunque tempore & indistincte.
- 3 Omnis persona licitare potest sub hasta, qua prohibita non est.
- 4 Lapsis tribus mensibus datur ad adjectionem del quarto faciendam an per viam restitutionis admitti possit.
- 5 Adjectio del quarto si de facto admittatur contra legis nostre formam, an erit nulla.

SUMMARIUM.

Qualiter & quo tempore, debeat fieri adjectio del quarto declaratur lex nostra ad limitationem & declarationem legis precedentis.

Ibi, *En el año de sesenta y dos*, quæ est lex precedens, casus declaratoria est hæc nostra, ubi diximus aliqua, & an hæc procedant in rebus civitatum & minorum ut in eis hæc adjectio del quarto admittatur, pluries diximus quod non est idem, & nisi pro confusione ponatur, vel adit pactum vel statutum municipale circa hoc, ut per Avend. e. 12. *prætorum num. 10. 2. part. 2. Parlador. lib. 1. ver. quotidian. cap. 3. 5. 7. n. 24. cum sequent. & Lasarte de decim. vend. cap. 18. num. 23. & Gironda de Gubel. 2. part. 6. 1. num. 8. cum sequent. & num. 96. & est sine dubio.*

Ibi, *quando veen que consideradamente los que primero arrendaron alguna provoco en ella y han puesto o su industria y parte de su hacienda en mejoramiento de la dicha renta*, verba hæc applicari possunt ad confusionem dicentium admitti majorem & licitorem in locationibus publicis respub. factio ultimo remate & ad finem temporis talium locationum, & cum appareat talem licitorem lucraturum in licitatione illa, aliquis offert majus pretium, quod quidem antea non obtulit, cum non apparebat de lucro illo, & revera, nisi asserentes hæc, assererent, prout asserunt, teneri talem novum licitorem relaxare damna in locatione illa restituta primo conductori à quo auferatur, prout restitenda sunt, secundum quod dixi, in *l. 1. tit. 1. lib. 2. supra & Gutierrez. pract. quæst. lib. 1. quæst. 38.* non utique effect novus hic licitator admittendus tempore, in quo lucrum apparet manifestum, pro quo tunc plurimum conducerent verba hæc nostri text. quæ hinc dolo præveniunt, ut locum non habeat hæc nova licitatio, nisi sit del quarto, prout ex ejus dispositione clarissime patet.

Ibi, *Mundo y ordeno que la persona*, notanda est indistincta hæc persona, quæ xquipollet universalis, ita ut quilibet admittatur ad hanc adjectionem faciendam, cum permissum est licitari & offerre sub hasta, quamvis prius nullam adjectionem fecerint, siquidem lex si tempora C. de fide instrum. & jur. hasta s. lib.

lib. 10. & l. Lucius §. fin. ff. ad municip. & l. 2. & 2. C. de vend. reb. civil. libr. 11. & legei nostri tituli & omnes alie que de adjectionibus loquuntur non distinguunt personas, sed generaliter disponunt, ideo nos non debemus distinguere. l. de pretio. ff. de publica in rem actione. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. prastan. cum similib. allegatis in glif. & sic lex nostra in eo quod presupponit liberationem subhasta factam possit tolli & revocari per quartum oblatum ab alio, intelligi debet de quarto facto à quacunque persona, à jure non prohibita licitare, quoniam de jure communi omnia persona potest adjectionem facere, licet nonnum licitatus esset

subhasta, dummodo alias sit ad licitandum habilis, constitutio vero regia in quantum fieri potest reducenda est ad terminos juris communis.

2. C. de novall. ergo & in nostra materia idem judicandum est, & dicendum, prout in ejus propofitum & materiam inquit Claper, in Centuria causa. l. §. sexta causa qualis nunc per totam.

Ibi, que la haga dentro en tres meses, etiam si per tres annos fuisset subhastata, ut per Lafarte de decim. vend. capitulo 18. numero 24. 25. & 26.

Ibi, T las promesas que en ella sehan otorgada, & idem disponitur, in l. 1. §. infra ista rital. & lib. cum promissa etiam in pretio adjectionis quarti considerentur sequitur, hinc esse textum, quod ex promissis cum in pretio computentur, Gabela debeat, de quo vide que diximus in leg. 6. glossa fin. titulo 6. supra ista lib. num. 9.

Ibi, Sea recubida la dicha puja fasta los dias tres meses. Sed an & post eos admittetur quis per viam relicitationis, & videtur, quod non quia lex nostra preta ab ea designata contentatur, si extra tres menses adjectio hæc quarti interpontur, igitur post nullas ullo modo est admittendus, etiam si hinc vellet uti ad hoc relicitationis remediis, prout in facti contingentia inquit decilum Claper, in Centuria causa. fiscal. in causa. 5. in princ. & ibi Adde, & in glossa prima ejusdem causa.

Ibi, T si de otra guisa se recibiere, que no sea recubida. Sed quid si de facto admittatur an erit nulla, dic quod sic, & quia lex hæc & sequens prohibitive sunt, & novam formam inducunt, & sic substantialem, & per consequens omnia in contrarium acta nulla sunt, ut expressius ex contextura atque legis nostre quaterni provifum erat.

IN LEGEM UNDECIMAM.

1 Adjector del quarto si in adjectione ejus non servavit solemnitates an intra tempus poterit eas supplere.

2 Adjector del quarto non servavit legis nostre formam non lucratur promissa.

SUMMARIUM.

Adjector licitationem quarti sub-ubere pro ea debet & sub-ubisiones approbare intra tempus à lege nostra statutum & sub ejus pena.

Ibi, T si anni no lo licitar & compliere, que pague la nos la parte de el que es. Poterit tamen talis licitator si adhuc tunc licite it tempus adjectendi

quartum, intra residuum temporis illius supplere solemnitates secundum Lafarte de decim. vend. cap. 18. num. 28.

Ibi, T que de la renta con el que la renta. Ex iis verbis colligitur talem licitationem del quarto non lucrari promissa & in tali licitatione concessis, cum jubeat lex nostra, talem Gabelle redditum devolvendum primo conductori, à quo aufertur prætendebatur, ob oblatam adjectionem quarti, pro quo novissime ultra omnes considero verba hæc legis nostre, quam pro hujus doctrina determinatione sic tenens non consideravit Guyon, de Gabelle. 2. part. in princ. num. 26. cum sequentibus. ubi annun. 23. quætionem inceptit.

IN LEGEM DUODECIMAM.

1 Oblatione facta majoris summe in rebus publicis est minoris, ubi de jure admittenda est facta jam ultima subhastatione non est primus conductor possessorem perveniendus non auditus.

SUMMARIUM.

Facta adjectione quarti cum solemnitatibus legitime nosterum primus conductor non evictatur ab administratione ralis redditus usque dum tali adjectori. Del quarto, datur liberam revindicationem, licet possit ille adjector petere, ut ex parte sua aliquis adjector administrationi ralis redditus.

Ibi, No sea de apoderado de la renta. Et hoc juris & rationi convenit: nam usque dum conductor an bene adjectio quarti sit facta, & detur ejus revindicationem, primus conductor illud habens non debet eijci à possessione sua, aliter enim esset cum injuste & eo non audito private jure suo, quod esset absortum & contra omne jus, neminem inauditum privati jubeas jure suo, ex quo desumo argumentum optimum ex iis verbis legis nostre, ad id quod quotidie fit, quoties aliquis minor vel Reipub. relicitatur adversus ultimam subhastationem rei sue per novam adjectionem pretectum aliquem factam, ut primus conductor existens in ejus possessione non sit statim privandus ea, sed omnino audiendus, & absque tamen strepitu & figura judicii, prout voluit in transitu Gutierrez libro primo proli. quest. 38. numero sup. & quotidie sic videmus fieri, imo & solent annullari sententia late primo conductore non auditio & juberi quod auferatur.

Ibi, Thaxer avventicias, idem disponit. 17. columna 2. infra ista tit. & lib.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

SUMMARIUM.

Facta adjectione del quarto servanda sunt conditiones per menor facte à conductore de por mayor.

Ibi, Aya de esta y quada por los arrendamiento. Autem in conductoribus de por menor, disponit lex. 16. infra ista titulo. & libro, & hoc introducitum fuisse ob evitandas lites inter primum & secundum conductorem inquit Lafarte de decim. vend.

quod. cap. 18. numero 28. sed ego ob favorem redditum Regionum & ipsorum intelligo esse introductum, scilicet si forte ita non esset, conductores tam primi quam secundi in maximo damno remanere possent, si conductionem non administrarent, imo Rex ipse, quia multi se abstinerent à conductionibus reddituum Regionum damnificaretur.

IN LEGEM DECIMAM-SEXTAM.

1 Pluribus societatem contendentibus an possit unum ex contrarium alterius conveniri.

SUMMARIUM.

Adjector licitationem quarti in locationibus de por menor, tenetur ad observantiam conventonum, per primum conductorem de por menor, factam.

Ibi, Este por las avventicias. Adem in locationibus de por mayor, in l. 14. supra ead. dictum est, & notat Parlador. lib. 1. rer. quod. ca. 3. §. 7. m. 21. cum sequentibus. & Lafarte. d. cap. 8. numero 28. & dixi in l. 1. supra ead. in l. 1. m. fin. tit. 12. precedens, sed an possit si plures contrahunt societatem, unus ex contractu alterius conveniri, & vide Ancharr. consil. 322. pro clariori decisione dictorum.

IN LEGEM VIGESIMAM-SECUNDAM.

1 Promissa concedi possunt in locationibus reddituum Regionum, & n. 2. idem in rebus Civitatis locandis.

2 Quinta pars promissorum concessorum conductoribus rei civitatum non datur civitati siene datur Regi ex lege nostra & num. 3.

SUMMARIUM.

Majores variocimatores & calculatores possunt promissa offerre & prastare adjectoribus & licitatoribus, quantum tamen horum promissorum relinquitur Regi & à promissa subtrahatur.

Ibi, qualesque quantitas de maravedis de promissa. Hic habes text. clarum probantem promissa concedi posse & in locandis redditibus Regis ut impoltores aliantur ad plus offerendum, & sic quomodo praticatur, imo & in rebus civitatis locandis idem possunt retores earum & ut inquit Auzania capit. 12. prot. numero 12. vers. circa quod est notandum lib. 2. debent tamen caute promitti, & in tempore opportuno, & cum moderacione, aliter enim esset destruce, & non locare Regios redditus & civitatum.

Ibi, Dexas el quinto para nos, limita hoc ut non procedat secundum quod in lege sequenti disponitur in locationibus & tamen bonorum civitatis, non datur civitati quantum hoc ex promissis, ut per Castillo in Politica Correda. lib. 3. cap. 4. numero 19.

Ad leg. 15. Die idem disponi in l. 6. column 2. in modis supra isto titulo. & lib.

Ad leg. 26. finalem nostri tituli Dic. vide similem in leg. 3. rita. precedens, & vide que diximus leg. 8. rita. 9. supra isto lib. ad ejus declarationem procedit lex hæc. 26. ut in eadem. l. 8. declaravimus.



TITULUS DECIMUS-QUARTUS.

De las fieldades, y administraciones en que se ponen las rentas reales por defecto de arrendarle.

Superioribus proximis titulis dictum est de concernentibus locationes reddituum Regiorum, et cum adsint eorum conductores, nunc autem immediate sequitur titulus noster disponens quid erit agendum si nullus adsit eorum conductor.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1 Susceptores qui dicantur.
2 Excitatores collectarum per Praesidem & Rectores civitatum eligendi sunt.
3 Subhastatio debet fieri praesentibus officialibus, & quoto tempore, num. 4.
4 Conductores Gabellarum fidei iussiones idoneas prestare debent.

SUMMARIUM.

Quando & quomodo, & per quos redditus Regii extrahendi sunt ad publicam subhastationem & fidelibus & administratores commendandi quibus redditus eorum non reperiantur, vel ubi aliam causam & impedimentum, declarat lex haec.



Ibi, Que cada un concilio, Iunctis verbis sequentibus, Nombren y pongan en entretanto fideles y cogedores. Nam, ut inquit, Conf. in l. super cessandis. C. de jur. h. lib. 10. super creandis susceptoribus

periculo procuratorum Rei dominice dispositionem tuz sublimitatis firmam esse praecipimus, quem considerat Lucas de Pen. in l. 1. in prin. ep. C. de suscept. Prap. & Arc. lib. 10. ad hoc, scilicet, qualiter eligantur susceptores. Susceptoresque dicantur teste Octaviano, De verbis iuris.

Ibi, T que la dicha cuenta den por menudo Sed an creditur eis de parva quantitate. Vide Aviles cap. 30. pra. 9. num. 2. & 3. fol. 215. Ibi, Que lo paguen con las señas. Ad quam poenam, & ad rei restitutionem in foro contentioso tenebitur, in foro tamen conscientie ad restitutionem, non autem ad poenam, quia non debetur in conscientia poena ante condemnationem, ut & alibi late dictum per nos remanet. Ulterius etiam tenebitur talis dolosus fraudator rescare damnum, & ex hoc parti illatum, ex dictis per Minelaca de Succes. creat. 5. 28. num. 28. resp. illud dubium est cum sequens.

IN LEGEM QUINTAM.

- 1 Fraudator dolosus tenetur rescare damnum illatum parti ubi in l. 10. quod receptor & excitor debet esse de bonis populi hominum, non vero de nobilibus.

SUMMARIUM.

Quando & quomodo fideles exaltores tenentur reddere rationem conductori Gabellarum.

Ibi, T que la dicha cuenta den por menudo Sed an creditur eis de parva quantitate. Vide Aviles cap. 30. pra. 9. num. 2. & 3. fol. 215.

Ibi, Que lo paguen con las señas. Ad quam poenam, & ad rei restitutionem in foro contentioso tenebitur, in foro tamen conscientie ad restitutionem, non autem ad poenam, quia non debetur in conscientia poena ante condemnationem, ut & alibi late dictum per nos remanet. Ulterius etiam tenebitur talis dolosus fraudator rescare damnum, & ex hoc parti illatum, ex dictis per Minelaca de Succes. creat. 5. 28. num. 28. resp. illud dubium est cum sequens.

IN LEGEM SEPTIMAM.

SUMMARIUM.

Nominantes receptores, vel conductores reddituum Regiorum tenentur ad evite periculum obvenire:

venient: receptoresque si tenentur residere in loco illo, aliter rescarentur damnum ex absentia provenient.

eam allegat Lafare de Decim. vend. cap. 18. n. 65. in quantum receptorem inquit debere esse contributarium, & vulgo, Pechero, nam ille qui non est, sed nobilis, non potest ad hoc compelli.

Ibi, Sean tenidos de lo sacado por si y por sus bienes, alidem probat: 2. & l. securitates. & l. exalt. vres. C. de suscept. Prap. & Arch. lib. 10. ubi, glol. & Doctores. De l. 10. vide quo diximus, in l. 1. istiusmodi. tit. & lib. que similis est nostre, &

De lege. 1. 1. ff. m. str. tit. ibi. Segun las leyes. Dic. que pro lege. 5. supra isto tit. & lib. ponuntur. De cir. 15. nihil commentatione eget titulus hic. 15.

TITULUS DECIMUS-SEXTUS.

De las Pagas que han de hazer los arrendadores, y fieles, a los que en ellos fueren librados.

Cum in precedente titulo dictum de libramentis, sive delegationibus sit, nunc sequitur subsequenter, De solutionibus faciendis illis, quibus delegationes he facte sunt.

IN LEGEM PRIMAM.

SUMMARIUM.

- 1 Excitor Gabellarum vel conductor si alteri Gabellas, excitationem earum mandent an in subsidium agat Rex contra hunc secundum excitorem.
2 Conductor secundus si aufugiat, vel fiat non solvendo tenetur primus, qui non liberatur cedendo iura communitari contra secundum.
3 Pretium Gabellarum quo tempore Regi praestandum.

Reynor al tiempo de las pagas. De quo dubitabat Abb. & ejus Additio. in cap. quinta. num. 12. 13. & 14. de iure jurand. & Calcane. confil. 14. & dixi recussivo in l. 6. titu. 22. lib. 5. supra.

IN LEGEM TERTIAM.

- 1 Delegationes cum dantur in princip. anni antequam calculationes fiant, quid agendum erit.
2 Conductores Gabellarum dicentes non posse solvere delegationes, quomodo tenentur adire tempore hic limitato earum calculoribus regis, aliter enim adstringentur solvere.

SUMMARIUM.

Quid agendum est cum conductoribus, id quod liquido constat, & remanet de redditibus Regis, ut sciatur quid sit in eis delegandum.

Ibi, Queriendo procer. Idem erat provifum, per l. exalt. vres. C. de suscept. Prap. & Arcan. lib. 10. & ibi Rebus. & alij. & vide l. 7. infra isto titul. disponentem quid agendum fit cum delegationes & dantur in prin. anni antequam calculationes fiant: & in l. 6. infra eod. providentur quomodo conductores dicentes non posse solvere delegationes tenentur adire in tem. ore hic limitato & coram calculoribus rei dominice, & quod si tunc non adierint, adstringantur solvere delegationes.

IN LEGEM DECIMAM.

- 1 Mandatum solvendi, hoc est, Libranças, si acceptatur exequi potest.
2 Calculatio, Vulgo, alcance, habet executionem paratam.
3 Subhastatio ultima, hoc est, El remate, an habeat executionem paratam.

Dij SUMMA.

Ibi, Los arrendadores, fieles, y cogedores, que las tuvieren y recaudaren por menor. Sed quid si isti conductores, vel emptores Gabellarum locent vel vendant eas aliter, vel receptores illarum aliter mandent eas recedere & colligere, & primus conductor, emptor, vel receptor, factus sit non solvendo, an Rex vel communitas in subsidium agere poterunt contra secundum conductorem, emptorem vel receptorem ad pretium & ut illud solvant temporibus hic constitutis, & Bertach. de Gabell. 2. part. num. 25. inquit quod sic, argui. l. 1. cum sequens ff. de inst. tit. & tenet Dete. de Wal. in Tract. Societ. 10. p. col. 1. ad fin. ubi etiam dicit quod si secundus conductor aufugiat, vel fiat non solvendo, tenetur primus, qui non liberatur cedendo & communitati iura, & actiones contra secundum, per l. de illis, in prin. ff. pro socio, & ibi ipse Bertachi. in n. 31. dicitur, cum n. seq. quo tempore pretium Gabellarum sit solvendum Regi, vel communitati vendenti, vel locanti, & quod cum ex lege nostra sit definitum, nihil amplius est investigandum.

Ibi, las paguen de la moneda que coviere en istas Arcevedo in Recopilacionem. Tom. VI.

SUMMARIUM.

Judices exequi debent delegationes & privilegia in personis & bonis receptorum, & qualiter fiat executio disponit lex nostra.

Ibi, Qui hazan entrega y execucion. Hic habes l. text. probantem quod mandatum solvendi, hoc est, libranças. Si fuerit acceptatum, ut ex verbis sequentibus ibi, *Accepidos*, habet executionem paratam, & ut inquit *Avenda, cap. 10. prat. num. 38. 2. part. & Avenda, cap. 10. prat. verb. Execucio num. 35.* quos ita tenens allegat *Girona de Gabell. 2. part. §. 1. num. 28.* Ubi pro hoc allegat *l. nostram, & l. 14. tit. 7. supra eodem.* que est similis nostræ, & num. 19. inquit ipse *Girona* quod calculatio *Palgo Alcanoe*, habet executionem paratam, & quod intelligo, si per partes est approbatum, vel si per calculatores dum tamen sint conformes, & per judicem approbatam calculationem, secundum tenorem novi capituli, *De Cortes*, nunc noviter in hac Recopilatione inserti, de quo meminit *Gutierrez, lib. 1. Pract. quæst. 9. 37. per totam.* Ubi & nos allegat in hac materia sed an ultima subhastatio, hoc est *El remate*, habeat executionem paratam, & examinat *Girona, ubi supra, n. 1. cum seq.* Ubi ponit difficultatem, an habeat talis subhastatio clausulam guarantee, vel non, & licet ipse velit in subhastationibus Gabellarum, non esse necessariam illam clausulam, sed sufficere, *El remate*, ut executio locum habeat, si iudicis auctoritate fiat, ego tamen crederem non sufficere, nisi habeat illam clausulam guarantee, quæ iam per cordatos Tabelliones apponi solet *En el remate*, aliter enim etiam si iudice presentente & cum ejus auctoritate fieret hac ultima subhastatio, non exequeretur nisi & ipse iudex tunc uteretur illa clausula iudicum charulatorum, qui statim in ipso remate condemnant ipsum conductorem ad solvendum, & sic scribitur per tabellionem, prout iudices Ecclesiastici faciunt quotidie dum presentes sunt locationibus decimarum ac bonorum Ecclesiasticorum, tunc enim idem hoc importat, quod dicta clausula guarantee, aliter enim exequi non posset *El remate*, in quo hæc, vel dicta clausula non apponeretur, & id decerpitur ex verbis nostri text. ibi, *Torras recandos que les fueren mostrados, que traxeren aparejada execucion.* Sed secundum communem, ubi non est dicta clausula, non datur executio, ut dixi *l. 1. tit. 2. lib. 4. supra n. 53. cum sequen.* Ergo habemus hic text. hoc probantem, licet iudices parum ad hæc advertant, & male, cum advertere deberent, & alia in propositum nostræ legis dixi in *l. 14. tit. 7. supra eodem libro.*

Ibi, *Entreante que les bienes se vendan y rematados, les prendan los cuerpos, y les tengan presos.* Idem disponit, *l. 14. tit. 7. supra eod. lib.* ubi & alia diximus in glos. *Que sus cuerpos.*

IN LEGEM UNDECIMAM.

De qua diximus in l. 14. titulo septimo supra eod.

SUMMARIUM.

Conductores Gabellarum presentes debent esse in loco tempore quo facienda sunt solutiones creditibus de legatis, sub nostri text. poenæ.

Ibi, *Tmas cien maravedis cada dia para sus costas.* Et insuper expensas litis duplicatas ut probatur in *l. 21. infra isto tit.* ubi & disponitur poena contra judicem negligentem circa solutiones has faciendas, ut & in *l. 17. tit. 7. supra isto lib.* disponebatur contra iudicem negligentem in facienda executione, vel in vendendis pignoriibus captis pro solutione debitorum, tenentur enim redire conductores in suis locis, ut inquit, *l. 16. infra eod.*

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

SUMMARIUM.

Pœna contra conductores reddituum Regiorum reassumens primam consuetudinem.

Ibi, *Ordenamos, y mandamos* Eam in hoc allegat *Avenda, capitulo 19. prat. numero 22. libro primo, & Lafarce de Decim. vind. c. 18. numero 8. & vide text. l. 4. tit. 4. lib. 1. supra contra clericum habentem quitantiam a Rege & declinantem ejus forum.*

IN LEGEM DECIMAM-QUINTAM.

SUMMARIUM.

Conductor vel receptor Gabellarum pro solvenda delegationum summis haracteriam non committant sub nostri text. poenæ.

Ibi, *no lleve cohecho alguno por las librançeras.* Item disponunt augendo poenas *l. 19. infra isto tit. & lib. & l. 20. tit. 11. supra eod. lib.* quæ augent poenas nostræ legis & nostram legem allegant *Avenda, cap. 2. prat. num. 5. in fin. lib. 2. & glos. Menguado. l. 21. tit. 9. part. 2. per text. ibi* sed cum lex nostra poenam dupli imponat, & dicitur *ll. 19. infra eod. & 20. dict. tit. 11. supra eod.* poenam septupli, omnino dicendum est in poenæ impositionem legem nostram correctam per illas tanquam noviores quoad hanc dupli poenam, nam erit septupli, & vide per *d. l. 19. quomodo hæc declarantur & limitantur, per legem. 21. eod. tit. 11.* limitatur alio modo, & in *l. 22. ibidem* ponitur etiam poena contra conductores Regios ob dilatam solutionem aliquid recipientes.

De lege 16. vide *l. 11. supra isto tit.* Poenas imponentem talibus conductibus vel receptoribus absentantibus se à loco.

IN LEGEM DECIMAM-SEPTIMAM.

- 1 Verbum nostra legis, *Otras, de similibus intelligendum est, & num. 2.*
- 2 Administrantibus aliena regulariter contrahere prohibita & numero 3.

3 Administrantibus non licet pecuniam administrationis in suos usus convertere, & num. 4.

SUMMARIUM.

Officiales calculatorum rei dominice thesaurarii, vel receptores haracteriam non committant sub nostri text. poenæ.

Ibi, *Ni otras personas algunas, de similibus* precedentibus & intelligenda esse verba hæc tenendum censo: nam dictio illa, *Otras, Latine, alius, alia, aliud, est repetitiva similibus, secundum Bald. in l. conventiculum C. de Epif. & cler. ilque sic esse desumitur ex finalibus verbis nostræ legis, ibi, hasta que haya juramento el recandados a quien su poder oviere.* Dum ibi cum receptore concludit, vel cum eo, qui ab eo causam habet, ut prius quam delegatio aliqua fiat, juret ipse receptor vel ab eo mandatum habens adimpleturos sese esse dispositionem nostri text. Ergo sequitur manifestissime legem nostram in officialibus Regis loqui, non vero in aliis extraneis, verbaque & illa alia nostri text. de qualibus estado y condicion, preeminencia y dignidad que sean, non obstant, nam intelligi debent dum tamen rei dominice curam habeant: aliter enim si de quibuscumque intelligerentur

verba hæc, extraherentur à materia nostri tituli, & leges secundum Rubricam sub qua situate sunt intelligende veniunt, & ratio differentie ad oculum patet: nam in his officialibus facilius dolus locus aperitur, si libi esse permissum legi nostræ contravenire, quod secus in aliis qui officiales non sunt, & sic mihi videtur tenendum, dum tempus occurrerit, judicare supra hoc habens, latius pensabit, & de stylo ac consuetudine, que est optima legum interpretis se informabit.

Ibi, *de haratar, ni comprar tierras.* Regulariter enim personis aliena administrantibus id prohibendum reperimus, ex text. in *l. non licet, ff. de contr. emptio.* Cujus verba sunt, *non licet ex officio quod quis administrat emere quid per se, vel aliam personam, ex text. in l. 23. tit. 11. lib. 5. supra ubi num. 1. & sequent.* plura diximus. Sicut & non possunt pecuniam Regis in suos usus convertere, sub gravibus poenis, vel pecuniam publicam & usurpare ex *l. si. C. de 4 cond. in pub. horreis l. 14. tit. 14. p. 7. Avenda, cap. 10. prat. n. 54. lib. 2. & l. 2. C. de frum. Urb. Consue. late Ripa de peste, tit. de Recand. ad cons. ubi in principio.*

De lege 19. vide que diximus in *l. 19. supra isto tit. & lib.*

De *l. 21.* vide *l. 11. supra isto tit. & lib.* ubi diximus, & sic tit. ille finitur.



TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De las alcavalas, y de los contratos, y de las cosas de que se deven.

ET continuatur ad precedentem, nam cum dictum sit in praecedenti titulo de solutionibus a conductoribus Gabellarum Regi faciendis, consentaneum est scribere de quibus rebus conductores possint petere ac percipere Gabellas, ut ex perceptis possint solutiones Regi facere, & quia quid sit Gabella, & cui competat eam imponere in prosecutione tituli dicemus, ideo devenio ad leges.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1 Gabellas & vectigalia imponere nullus alius potest quam Rex in suo regno, dum tamen superiorum non recognoscit & ab eis non appellatur, nam. 2. aliter enim neque antiqua vectigalia augere possunt, num. 3.
2 Vectigalium jus est de maximo imperio & de regalibus, num. 2.
3 Rex Hispania non recognoscit superiores, n. 3.
4 Rex transmittit potestatem regiam, non vero Imperator, num. 6. & sic Gabellas & vectigalia imponere potest, num. 7.
5 Gabellarum impositio multum a terra temporibus a rege Alphonsi emanavit, num. 8.
6 Gabella concessa ab quam causam fuerunt, n. 9.
7 Romanorum tempore etiam quoddam jus venditionis fuit inviduatum, num. 10.
8 Gabella & tributa dari Regi pluribus juribus & rationibus comprobatur, num. 11. 12. 14. 17. 18. 22. & 23.
9 Aequum illi rependi est illud quod pro conservacione rerum alienarum expendit, num. 13.
10 Christus solvit tributum Casari voluntarie tamen, num. 15. & num. 16. damnatur error Marci Paduani aliud & male asserentis.
11 Tributa regi solvantur propter subjectionis ius, num. 17.
12 Bald. reprobat, num. 15. asserens Gabellam debitam ex contractu iuri gentium resisti, & num. 20. salvatur.
13 Gabella odiosa videtur, nisi principium concessionis consuetudo, num. 21.
14 Regnum vocandum est in imponendis novis tributis, vel in augendis antiquis, num. 24.
15 Tributa & Gabella non nisi ex iusta causa imponenda, num. 25. & num. 26. hanc causam ex tribus iustis dicitur & num. 27. cum. 4. sequenti. id proseguitur late.
16 Tributum non tam propter Regis, quam propter populi utilitatem datur, num. 29. & sic num. 30. non debet esse in parali defensionem.
17 Tributum impositum iuste & cum requisitis debet disponi servando proportionem geometricam, num. 31.

- 18 Tributum impositum sine auctoritate, aut sine iusta causa, aut sine debita proportione iniustum est, num. 32.
19 Tributum excedens iustam proportionem pro excessu non tenetur subditis solvere tributum in consuetudine, ibi & num. 33.
20 Tributa proposita iusta, & causa eju arbitrio iudicis committitur, num. 34.
21 Lex humana penaliter non potest tollere obligationem legis divinae, num. 35. ita ut pena non excuset a solutione in conscientia, ut & num. 35.
22 Tributum a principio potest esse iustum, & labente tempore iniustum, ut quia causa cessat, num. 36. ubi refertur exemplum de hoc.
23 Perianthus Corinthiorum Rex a nemine tributum exegit, num. 37.
24 Fiscus est sicut lien, nam sicut lien evadent in corpore humano aris reliqui tabesunt, ita evadente fisco reliqua civitatum membra desiciunt, num. 38. & 39.
25 Tributa iniusta sunt illa quae imponuntur a non habente potestatem ad hoc vel que peccant in forma & proportione, sive ex fine, sive ex materia, num. 40.
26 Tributa necessaria & iusta solvenda sunt, n. 41.
27 Tributa imposita eroganda sunt ad illas causas ad quas & ob quas concessa sunt, num. 42.
28 Tributa ob unam causam imposita possunt ad aliam iustam causam reduci & peti, num. 43. & 44. intelligitur ubi, num. 45. quid si est dubium an cessaverit iusta causa.
29 Tributa imponenda per alios habentes potestatem ea imponendi, eisdem requisitis iustificanda sunt, quae necessaria sunt cum Rex non recognoscens superiores eas imponit, num. 46. & 47. & 50. & tunc populus omnis debet convenire iniustum, non vero solum concilium decurionum, num. 48.
30 Veneti possunt pro mercibus maritimis Gabellas imponere quia sunt domini maris Adriatici, num. 49.
31 Jus imponendi tributa una de quatuor modis acquiri potest, num. 51. 55. 56. & 62.
32 Privilegium exigendi Gabellas vel collectas concessum

- concessum a Principe an possit revocari, num. 52. & num. 53. idem in privilegio ne quis teneatur ad collectas, & n. 54. an valeat tale privilegium concessum alicui loco gravato alii pedagium.
33 Jus imponendi collectas consuetudine acquiruntur, num. 55. & num. 56. idem in prescriptione, immemorales tamen, ut num. 57. & num. 58. & 59. an id sit mirabile cum ad sit causa continua & num. 60. requiritur scientia illius vel suorum officialium contra quem inducitur consuetudo, vel prescriptio.
34 Consuetudo vel prescriptio immemorialis imponendi collectas in una re non extenditur ad alias res, num. 61.
35 Conventio etiam facta cum subditis acquiruntur jus collectandi, num. 62.
36 Jus collectandi quocumque modo acquiratur non potest imponi nisi ex iusta causa & secundum quod dictum est licere Regi non recognoscens superiores, num. 63.
37 Gabella ab antiquo solite solvi licite fraudari non possunt cum in Principe causa praesumatur, num. 64. ubi declaratur.
38 Gabella iuste & cum necessariis requisitis imposita fraudari non possunt absque peccato, & an re restituatur, num. 65. etiam si penam loc imponat, ut ibi & supra, num. 55.
39 Poteat respectu directi domini non potest praeribi, sed tantum respectu utilis & datur publiciana, num. 66.
40 Regi dicunt si ex iusta causa imposuisse an credatur, num. 67.
41 Gabella in dubio an iusta praesumantur, num. 68. & 69.
42 Gabella ex venditione nulla non debetur, num. 70.
43 Gabellas tenentur solvere omnes homines de mundo nisi specialiter excepti, num. 71.
44 Gabella saluum licet antea ad emptorem spectaret, hodie vero ad venditorem spectat, num. 72. & 73. & 74. id proseguitur.
45 Gabellarii possunt a venditore & ab emptore non revelare Gabellam recuperare, num. 75. emptor tamen si eas solvit a venditore recuperabit, num. 76.
46 Gabella a vendente alieno nomine an peti possit, num. 76. & 77.
47 Gabella potest recuperari a possessore rei vendita ex qua debetur, quia transit cum onere Gabella, num. 78.
48 Gabella potest peti a venditore etiam si liberam vendat rem a Gabella, & sic horra de alcavala, num. 79. & 80. ubi idem cum clerico vendente franco pretio, recuperabit tamen venditor a talibus emptoribus, ut ibi.
49 Gabella an debeatur de illa franquissa Gabellata in venditionis contractu conventa cum emptore, huc est delictum, num. 81.
50 Gabella solvi debet etiam si non tradita, neque facta solutione, sed statim quod de pretio conventum est, num. 82. cum sequitur.
51 Emptio & venditio triplex, aut quadruplex perfectionem habere dicitur, num. 83.
52 Gabella non ratione rei vendite vel pretii convenit, sed ratione contractus debetur, num. 84.
53 Gabellam deberi etiam re vendita non tradita

- neque soluta plures produci effectus asseritur, num. 85. cum sequuntur aliquibus.
54 Gabella debetur ex venditione etiam si ante rei traditionem commiserint, num. 86.
55 Gabellam percipere habent tempore venditionis illam capiet, non vero ille in cuius tempore traditio fit, num. 87.
56 Gabella exceptus tempore venditionis, licet traditionis tempore cessaverit exemptus, non debetur, & e contrario debetur, ut n. 88. & 89.
57 Gabella an debeatur si in venditione Arra intervenit, num. 90. & 91. nisi ut num. 92. & 93. dicitur, quod si nulla pars recedat, debetur Gabella Gabellario temporis venditionis non vero traditionis.
58 Gabella debetur tempore venditionis, etiam si partes egerint quo res tradatur tali tempore & sic in diem aliquem, num. 94.
59 Gabella debetur tempore venditionis etiam si solutio eius in diem aliquem differatur, n. 95.
60 Gabella non debetur venditionis committitur nisi verificata condicione, num. 96. & verificata condicione debetur primo Gabellario, non vero secundo, num. 97.
61 Gabella censur redimibilis statim debetur & peti potest a venditore, num. 98.
62 Gabella debetur statim de venditione facta cum pacto de retrovendendo, num. 99. ex refectione tamen postea facta non debetur cum dependat a causa antiqua, num. 100.
63 Laudemium debetur ex constitutione censur redimibilis constituta super re emphiteotica, num. 101. nisi ut num. 102.
64 Gabella an debeatur de censu Emphyteotico redimibili, num. 103. & an statim peti possit, & cui Gabellario debetur, ibidem & num. 104. & num. 105. discutitur, an debetur de fundo dato ad censum redimibilem, aut perpetuum, & num. 106. declaratur.
65 Gabella non debetur ex fundo dato ad censum perpetuum Emphyteotico, num. 107. nisi ut ibi. imo & si postea res illa Dominica reddatur nulla debetur Gabella, num. 108.
66 Gabella non debetur si arcam suam det aliquis alicui, ut committent domum edificet, num. 109.
67 Gabella an debeatur de constitutione censu vitalis, vulgo de por vida, num. 110. 111. 112. & 113.
68 Censu vitalis an sit proprie contractus, & quid sit, num. 112.
69 Censu an constitui possit per aliquos annos determinatos dato iusto pretio, num. 114.
70 Gabella an debeatur ex censibus Regis quos iuros vocamus, num. 115. & 116. an ex censu imposito super censibus iis Regis debetur Gabella.
71 Gabella non debetur ex censu constituto super re immobili vendita tali re cum sensu illo, num. 117. nisi ut ibi. & num. 118. & 119.
72 Gabella censu an solvenda sit in loco ubi constituitur, an vero ubi sunt bona, super quibus constituitur, num. 119. ubi & quid si bona sunt in pluribus locis.
73 Gabella an debeatur de re quem vendit in hoc Regno habens eam in alio Regno, num. 120.
74 Gabella an debeatur statim de venditione facta dum tamen De la scriptura, fiat, num. 121. & num. 122. cui Gabellario debetur, & num. 123. declaratur.

Scripturae

- 75 Scripturam requiri per partes ad substantiam contractus vel ad probationem. num. 124. & 125. cum sequentibus aliquibus verbum volo est diffusivum. num. 126. & num. 127. alia de eul.
- 76 Gabella ex venditione rei quanti Titus estimaverit vendita non debetur statim, sed facta estimatione. num. 128. & num. 129. cui Gabellario debetur Gabella.
- 77 Gabellarius an possit cogere estimationem nominatum per contrahentes ad taxandum pretium rei vendita. ut illud taxet. num. 130.
- 78 Gabella quando venditur & cui Gabellarius quoties res aliena venditur per aliquem sine mandato Domini post autem Domini approbat venditionem. num. 131. Secus vero erit si quis ut suam vendiderit. num. 132.
- 79 Gabella ex venditione iudiciali videtur sententia de remate facta non debetur, usque dum executatus capiat possessionem. num. 133.
- 80 Gabella soluta ex venditione iudiciali non est reddenda executato, etiam si sententia & venditio in gradu appellacionis vel alio modo revocatur. n. 134.
- 81 Gabella an sit prius solvenda quam debitum creditoris, casus casus res vendita fuit. num. 135. & ibi quid quoad decimum executum.
- 82 Gabella non debetur ex recepta virtute primi & secundi decreti, nisi si intra tempus iuris velimatur non debetur Gabella. num. 136.
- 83 Gabella non debetur ex pacto de vendendo vel promissione nisi persiciatur venditio. num. 137.
- 84 Gabella non debetur ex venditione ad beneficium facta si intra tempus assignatum displicet tempori. n. 138. ubi quid non potest peti antequam declarat sibi placere. & n. 138. quod tempus datur ad declarandum si partes illud non assensum. & an sufficiens dicitur sibi displicere, si res non resignatur intra illud tempus. n. 140.
- 85 Gabella ex venditione facta ad macteram, pondus vel mensuram non debetur statim, sed facta mensura, tenore & pondere. num. 141. & 143.
- 86 Venditoris est periculum ante mensuram rei vendita ad mensuram. n. 142.
- 87 Mensura facta si est erratum in ea potest peti ut iterum metiatur & suppleatur defectus. n. 144. nisi ut num. 145.
- 88 Agri mensuram declaratio non transit in rem iudicatum. num. 146. & sic non possunt puniri de falso ut ibi.
- 89 Venditionem fieri ad mensuram, pondus vel numerum quando dicitur. num. 147.
- 90 Gabella ex venditione nulla post autem approbata debetur ex die approbationis & Gabellario tunc existenti. num. 148.
- 91 Gabella quid sit & quare sic nominetur in eo. n. 148.
- 92 Gabella qua alioquin petenda sit. num. 149.
- 93 Gabella non debetur ex venditione, que ad decem morapinas non ascendit. num. 150. & scilicet de debetur pro decem & pro alio quinque morapinis ad respectum ut num. 151.
- 94 Gabellus exiens a Rege in populo aliquo an possit percipere annua de decem. num. 151.
- 95 Gabella debetur & solvenda est nullis delictis expanti. num. 152. & 153.
- 96 Gabella an debetur ex promissa vulgo promeritos. num. 154.
- 97 Gabella debetur de quo pretio venditio. sive

pretium sit justum sive non, n. 156. & ibi ampliatum. cum n. 157. ut etiam omni adiciatur ultra pretium emptori.

98 Gabella debetur ex pretio, pro quo res venditur sive venditio sit perpetua, sive temporaria, num. 158.

99 Gabella debetur ex venditione, si effectum habet venditio. num. 159.

SUMMARIUM.

Gabella solvenda est a venditoribus solvenda unum ex decem.

Ibi, Mandamus, Soli Regi licet hanc verba proferre, nullas alias enim quam Rex in suo Regno potest vectigalia nova & Gabellas imponere, ex toto tit. C. no. vel. imp. non pos. & ex lege prima & sequent. tit. undecimo lib. sexto supra, ubi in eadem. l. 1. plura allegavimus, & l. 9. tit. 7. part. 5. & decif. Capelle Tolosane in additu. 451. & Lafarte in present. & Gironda de Gabellis. 1. part. in pri. nu. 1. cum sequentib. aliquibus, & optime Parlador. lib. 1. ver. questid. cap. 3. na. 1. cum sequent. aliquibus, & Rebus. 2. tom. Const. Franc. tit. de mirator. artic. 2. glos. 2. & Amede. a Ponte. in quasi laudarii quasi. 9. idque adeo verum est, quod ad hanc vectigalia nova imponenda non sufficit imponente esse Regem, sed debet esse talis qui non recognoscit superiorem in temporalibus & sic quod ab eo non appellatur, ut tenent supra dicti Doctores & omnes alii, qui in hac materia loquuntur, & Navarro. in cons. 17. de censibus, ubi inquit tales non inciderent in bullam Coene Domini imponendo talia vectigalia & Gabellas. & Julius Petrus de Gabellis, numero 205. usque ad. 107. & Angles in secundo tomo Theolog. qua. tit. de restitutione vicialis articulo An vectigal. qua. hodie Regi, in suo. Nam si recognoscere superiorem & ab eis appellaretur sine superioris assensu, id non possent, ut per dictos Doctores & maxime per additionem dictae decif. 451. Capella Tolosa. & per Bertrachinum de Gabellis, questione prima, numero tertio partis prima, imo neque antiqua vectigalia augere possent, ex textu, ubi dixi in lege secunda tit. 11. libro sexto supra, & tenet Jacob de Grassalis. decif. 124. n. 14. casum conscientie, sed si superiorem non recognoscant, possunt utique nova vectigalia & Gabellas in suo inducere Regno, ut ex nostra lege patet in his verbis, mandamus, idque procedit ex eo quod jus vectigalium est de maximo Imperio, & sic de regalibus, & Regi competunt omnes redditus rerum que venduntur & portantur, & alia de quibus in leg. 1. titulo 28. part. tertia, ubi glossa, vel quia cum Regnum omnem suam potestatem in Regem transiit, ut in proemio digestorum & alibi nos diximus, nimirum quod sicut Regnum si in se transiit potestatem, & in Regem eam non transiit, potest hanc facere, que possit Rex qui Regni omnem potestatem habet, ex quibus infero Regem nostrum Hispanie, utpote non recognoscen- tem superiorem, & in temporalibus, ut dixi in lege tit. 11. lib. 3. supra. n. 4. & in lege prima, num. 16. titulo primo libri quartae supra, majoremque, Rex habet potestatem in suo Regno quam Imperator in Imperio, ut in d. l. 1. n. 17. dicimus.

mus: Transmittit enim Rex potestatem Regiam non vero Imperatoris, secundum Curt. Juni. cons. 1. numero 30. & Nicola. festa. in Tracta. de assim. 4. part. cap. 7. num. 45. in col. 12. Tracta. de assim. Deter. in sol. Regem inquam nostrum Hispanie posse has Gabellas regno suo imponere, ut inquit Corletus de potestate regia. 4. part. quast. 49. num. 13. & eo relato Gironda in Tracta. de Gabel. 1. part. in prin. num. 8. & Parlad. ubi supra, idque nulli dubium est, cum Hispanie Reges à facibus inimicorum sanguine proprio laboribus & expensis Regnum recuperaverint, expellendo nomen Mahometicum, nomen Christi & ejus fidem ampliando, & invocando, Ecclesiisque sanctas construendo, hujusmodique tributum non fuit de novo impostum à Ferdinando & Elisabeth, Regibus Catholicis nostris auctoribus hujus Quaterni Gabellarum, sed à Rege Alphonsi Undecimo multis retro annis à emanavit, & sic ex ipsius antiquioribus quaternis per anteriores Reges catholicos transcriptum fuit per dictos reges catholicos in modum & formam legum, ut ex proemio, & ex lege 243. dicti quaterni colligitur, concessimus fuit tributum hoc à Rege pro expellendis Mauris & nomination pro expugnatione Civitatis Algerie, anno Domini. 1342. ut ex Chronica dicti Regis Alphonsi patet, & tradit novissime Lafarte de Gabellis in praesatione, num. 10. cum sequenti. ante & post, nec fuit hoc novum jus cum & apud Romanos secundum eundem Laf. ibi, n. 16. in prin. & Gironda in d. l. 1. part. num. 6. quoddam venditionis tributum fuerit introducendum, de quo & piura dicit Petr. Gregor. in Synagoga. juris. 1. part. lib. 3. c. 5. ubi ex pluribus rationibus & juribus probat consentaneum esse Regi tributa & vectigalia à imposta solvi, & ante eum latius & melius Castro de lege panali lib. 1. c. 10. vers. secundum ex eadem conclusione. per totum. Primo ex jure naturali & dictante, quod cum pro omnibus vigilet, ab omnibus beneficij premio accipere ea debet, cap. cum ex officio lib. de prescriptio. extra. ne moque teneatur suis sumptibus militare ad Corinth. 9. ad Gal. 6. c. ita nunc illud §. 6. 23. quast. 1. secundumque naturam est, ut qui sentit omnes sentiat & commodum. l. secundum naturam. ff. de reg. jur. l. fin. §. sed cum in secundum de facti. C. l. unica. §. pro secundo. C. de cadu. tollend. & quod quis pro conservatione rerum alienarum expendit & acquum est rependi. l. 2. §. 2. ff. de us. 28. ff. l. secundo juris Regij est, & censum imponere rebus & personis jureque divino probatur. 1. regnum. 2. August. lib. 2. contra Faust. Mani. c. 74. & sic Dominus noster Jesus Christus consultus an liceret dare censum Caesari, Mathia. 21. & Marti. 12. inquit, reddite, que sunt Caesari Caesari, que sunt Dei Deo, & sic secundum Archidia. in cap. magnum 11. quast. 1. Christus precepit solvi tributum Caesari & ipse etiam solvit voluntaria, & tamen hoc pro se fecit, non vero ex necessitate, ut refert Card. de Turrecrem. lib. 4. de Eccllesia. 2. part. cap. 37. qui damnat errorem de Marsilij Paduani assertentis Christum solvisse censum & tributum necessitate obligationis, & notat. Covarr. in pract. ceter. 31. num. 2. vers. secundum & eis relatis Gironda in d. l. 1. p. num. 20 & frater Gaspar Stephanus in Tracta. de deserv. Eccllesiastic. liber. pagina. 109. in parvis. tertio &


tributa Regi solvuntur propter subjectionis jus & capitulo secundo de censibus l. competit de prescriptio. 30. vel. 40. an. l. 5. titulo septimo part. quinta, quarto ex jure gentium, & nam cum eo 18 jure Reges & Regna inventa fuerint, ut. l. ex hoc jure ibi, regna condita. ff. de just. & jur. & explicat bene Minchac. contrav. illust. libro primo c. 41. n. 29. necessaria ratione dicendum est eodem jure regum tributa, sine quibus imperia constitui & sustineri nequeunt, introducta fuisse, ideo Bald. in l. contractu numero secundo. C. de fide instr. male dicitur videtur & asserendo, quod Gabella, que 19 ex contractu debetur juri gentium refragatur, nisi cum intelligas, ut intelligi Lafarte ubi supra in praesatione, n. 30. quoad id quod ex ea tribuitur, scilicet, quod cum libere contractus solent fieri, servitus quedam inducta videtur ex Gabella & impositione primeve nature contractuum & eorum libertati resistens, sicut & hominum servitus contra libertatem naturalem sunt, quia eo jure omnes homines liberi nascebantur, & sic quodammodo hac de causa ut ibi advertit Lafarte, n. 31. odiosa videtur Gabella & hac nisi principium concessionis consideremus, ut ibi advertit quinto Jura pontificia & 22 Regibus & superioribus tributa & census jubent solvi, capis. si tributum & capitulo magnum. 11. questione prima cap. tributum & cap. convenit 23. quast. prima. sexto jure civili idem confirmatur & 23 cum extent tituli de publican. & vigilia. de colonis & tributis, & in constitutionibus legibus que regis ex tit. 14. de las pechos y tributos, & in tit. de las imposiciones lib. 6. supra, ex quibus justificatur Regum potestas imponendi tributa & Gabellas in suo regno, dum tamen non recognoscant superiorem, ut dictum est, item dum tamen sit cum consensu & vocatione regni: nam licet ardua quaque Rex sine procerum & magnatum convocatione possit expedire, & aliud facere est de humanitate, non vero de necessitate, secundum quod diximus in l. fin. tit. primo lib. secundo, supra, & per Minchaca Contrav. illust. capitulo secundo, n. 10. & capis. 23. per totum, tamen in imponendis novis tributis & Gabellis, vel in augendis antiquis, regnum est & vocandum, ut apparet ex l. prima ubi dixi n. 6. & ex l. 2. ubi dixi, n. 3. tit. 7. lib. 6. supra & notavit Gironda ubi supra dicit. tracta. de Gabel. in proemio, n. 25. & Lafarte in scholio ad l. nostram in n. sexto. item de secundo, & fortius Rex in imponendis iis tributis novis etiam regi consensum requirit, non debet id petere neque imponere, neque pati ut imponatur in regno nisi ex justa & causa, aliter enim & ipse, & exactores peccarent, ut dixi in d. l. 1. prima tit. unde. lib. sexto supra, num. tertio. ubi plures ad id allegavi, & tenet Addit. Capelle Tolosana decisione dista. 451. & Gironda ubi supra n. 23. & 24. & Jacob de Grassis. in decisione casuum conscientie decisione. 10. num. decimo quarto, & latius decisione 124. per totum, maxime num. 10. cum sequentibus. & Petr. Gregor. ubi supra ubi hanc causam ex tribus justificat, 26 & nempe si ad relevanda onera imperii, vel ad conservandam dignitatem ejus, vel ad utilitatem communem omnium exigantur, & expendantur, & duas primas exprimit Plinius Junior, in panegirico, ad Trajan. tertia sub utraque contineri potest, ut per Castro de lege panali

panali dicit. lib. 1. capitulo decimo. *vers.* alterum quod exigitur, ubi optime inquit quod etiam exigitur ut tributum ipsa iuxta et debitam proportionem imponatur, & hanc proportionem ibi multis modis considerat & considerandum ait. Primo, inter ipsum tributum, & causam, propter quam imponitur, ita ut non majora tributa, quam causa ipsa propter quam imponitur possulat, nam si majora exigantur injusta erit talis exactio, propter excessum, qui sine ulla causa exigitur, & erit talis excessus obligatio restitutioni, ut habetur in capite. quia pterque de immunitate. *Ecclia.* & tradit Angles, ubi supra in art. un. principi inmoderate velligalia, secundo proportio hanc & commensuratio, oportet quod habeatur inter tributum, & populum, cui reale imponitur tributum, ita ut tributum ipsum populi facultatem non excedat, et alioquin tyrannicum, & injustum erit tributum, quoniam quod pro populi utilitate instituitur non debet contra illius utilitatem militare tributum autem quamvis regi datur, non tamen propter Regis, sed propter populi utilitatem datur, & unde sequitur, ut non debeat tantum tributum imponi ut per illud populus penitus destruat, aut in nimiam deveniat paupertatem, nam qui hac facit non solum de laete gregis comedunt, sed ipsum gregem excoriant, propter quod Dominus per Prophetam Michiam hujusmodi principes qui tanta tributa imponunt reprehendit dicens, Audite principes Jacob, & duces domus Israel, & post pauca qui violenter tollitis pelles eorum deluper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum, qui comedunt carnem populi mei, & pellem eorum deluper excoriarunt. Boni quippe Pastoris est, pecus rodere non delubere, vel ad vivum usque radere, ut scripsit Tyberius Cæsar amico Recto, qui Ægypto præerat, mitemi majorem summam constituta, ut per Diony. Cass. lib. 77. histe. postquam autem tributum toti populo impostum est, oportet in illius dispositione observare proportionem et geometricam, ita ut considerata prius cuiusque facultate, tanto majus aut minus imponatur tributum, quanto ille magis, aut minus dives fuerit, hæc sunt quod inquit Castro ubi supra, & bene, quæ sunt necessaria ad hoc ut tributum aliquod sit justum, & quod si aliquid horum deslet, ut puta Auctoritas aut causa justa, aut debita et proportio erit injustum: ut & inquit Humada lege quadragesima sexta titulo sexto parte prima glossa tertia, numero undecimo cum sequenti, de quibus, & tradit Aragon, de just. & jure questione sexagesima secunda, articulo tertio, versicul. de tributa, pagina centesima nona, & novissime post hæc vidit Ludovicus à Carbono de restitu. questione vigesima secunda cum sequenti, notandumque inquit Castro ibi quod si tributum est injustum propter solum defectum proportionis, ut puta, qui excedit causæ necessitatem, aut populi facultatem, pro ea sola parte, qua est excessus, non obligabitur tributum ad reddendum, sed ad aliam partem in qua est justa proportio, & debita commensuratio, tenebitur in conscientia subditis reddere, et licet in contrarium, imo quod in nihilo teneat Jacob de Grassis, in decis. cas. conscientia de iust. centesima vigesima quarta, numero 117. *vers.*

no se timo, dicens, tunc in totum etiam fraudari posse, sed mihi magis applaudet, quod pro excelsa tantum, ut inquit Castro ubi supra. Sed quia ut inquit decimo illa dist. numero triginta septimo non potest dari certa regula, neque assignari certus terminus, quando Gabella sit excessiva, totum remittitur arbitrio iudicis, et tentata necessitate, causa, tempore, & loco, quod si hæc omnia, que ad justum tributum dignum esse necessaria, & sufficientia simul in aliquo tributo coligeant, tunc illud erit justum, & subditum qui ab illo liberi non sunt tenebuntur in conscientia illud reddere, neque ab hac liberatione liberabuntur per hoc, quod se exponunt periculo pene contra tales per legem impostæ, nam lex humana penaliter non potest tollere obligationem et legis alijuxta, adeo ut quamvis condempnatus in pene solutione, pecuniam suam, non excedentem in conscientia ad hujusmodi tributo reddendo, ita Castro ubi supra, que sic retuli ut præmandibus habentur, quorum & aliqua retulit Petr. Gregor. dist. 1. part. libro secundo, cap. 3. Sententiam, per. ubi numero decimo, inquit, iuxta aliquando exordio possunt esse velligalia, et causa urgente tunc, ut ob bellorum impensas maximas, et quando causa cessat, injusta sunt, et si exigantur, et populus, qui in necessitate confert, vel sponte, dum sine causa onera persolverant, solet res inultas abjicere, sicuti quando Chilpericus descriptiones novæ in Regno fieri iussit, multi relinquentes civitates quas incolabant, vel proprias, alia regna petierunt, satius ducentes peregrinari, quam tali subiacere periculo, statum enim fuerat, ut possessor de propria terra unam Amphoram vini pro Acipitio daret, ut est author Gregor. Turon. libro prima histo. Franco, cap. 27. dicebatque Philippus 6. Rex, in parte vlti. styli. parlamenti. *Assueti, titulo de casis & exactio, consilii Philippi Sexti Anno 1358.* Declaramus inluper intentionis nostre non esse, quod Gabelle, & impositiones nostre semper durent Perianderque et Corinthiorum Rex à nemine tributum exigit, sed redditibus fori & portuum contentus fuit, ut de iis & aliis inquit Petr. Gregor. ubi supra dist. num. 10. ubi & inquit quod Trajanus amplissimus Cæsar novit & hoc, cum detestari cepit impias exactiones, dixit enim, silem licentem, et nam sicut licentem crecente in corporibus nostris, arcus reliqui tabescunt, ita urgente principis sileo, reliqua civitatum membra tabescunt, & ægrotaut, ut si quis princeps velit cor respublice validum esse, oportet silem non habere tumentem, et ex quo legillator in lege decima quarta titulo quinto part. secunda improbens Regum cupiditatem inquit, *Seco quer que el Rey es señor de sus pueblos para mantenerlos en justicia, & servirse de ellos, cada cosa esto, guardar los deves en manera que no des fallexa, cas, quan o mesier los ovierres, segun dixo Aristoteles a Alexandro, el mejor tesoro que el Rey ha, es el que a as tarde se pier de es el pueblo quando bien es guardado, e con esto acuerda lo que dixo el Emperador Justiniano, que es que es son el Reyno, e la camara del Emperador ricos e abundados quando sus vasallos son ricos e su tierra abundada, que sunt verba multum notanda à Regibus & consultiis eorum, & sic consequenter in iusta essentia Gabella, & Gabelle ut explicat Cajetanus in summa *vers.**

vers. velligalia, in princ. & capitulo secundo. *vers.* quartum & Petrus Navarra de restitutione libro tertio capitulo primo, numero ducentesimo triginta quarto, sive que imponitur, non habente potestatem, ut pote à tyranno, sive que ex forma, et ut si plus gravetur minus gravandi, sive ex fine, et si non pro publica utilitate, sed pro particulari bono principis, sive ex materia, ut si imponatur super rebus necessariis, & non potius super negotiatione, & hæc de causa verum est ne sibi aliqua imponatur sine Regis expressa licentia, ex leg. decima sexta, titulo octavo supra iste lib. ubi tamen tributa essent necessaria et iusta & justificata ex dictis, & ex causis adductis per Angles, ubi supra dist. *vers.* primo an velligalia, que hodie Regi, & per Salom, de just. & jure cap. 176. part. 4. §. 8. columna secunda cum sequenti, iuste ea peti & imponi Rex, debet tamen, pecunias tributorum ad illas causas, ad quas concessæ sunt erogare, non vero ad alias dare, nam si ad alias daret, & ex hoc gravetur populus, peccaret Rex, nisi adesset iusta causa, ut inquit Rebut. in secundo tomo consilii. Franco, tit. ut benefice, ante hoc articulo secundo, glossa quinta & sexta, & ob hæc iustam causam reduci tributum ad alias causas vel percipiendi illud cessante prima concessio causa, credet fieri posse, quoties etiã si cesset prima causa, vel ad alias causas redacatur, illic cause sunt iusta & in eis esse idem tributum imponendum et si de novo peteretur, tunc enim liceret utique illud petere, ut inquit Corvol. in sum. quest. 95. in resp. ad secundum dub. & Petrus Navarra de restitu. lib. 3. cap. 1. num. 160. in si. & Minchaca, de successione, progressa in prefatis. num. 98. & Laxer ubi supra in prefatis. num. 26. & novissime post hæc vidit Ludov. Carbono de restitu. questio. 34. part. 2. §. 14. in par. 2. sic tenentem quod ego limitatum tamen, pro illa secunda causa & eius iugurculum sit necessarium totam illud tributum, secus alias, quia tunc solummodo et necessitatem peti potest, & solvi, & quid si est dubium an cessaverit causa concessiois vel non, an iuste peti possit, et vel defraudari vide Cord. ubi supra, & Petrus Navarra, ubi supra n. 261. cum sequenti. Eadem etiam que dicta sunt in Rege tenentur servare & alii omnes habentes ius imponendi collectas et velligalia & Gabellas ut sint civitates non recognoscences superiorem, prout sunt civitates Thulerie, & Lombardie habentes merum imperium & silem ex prescriptione secundum Baldum capitulo primo de pace tenenti in n. Teud. post glossam in Authentica de defensa, civitatum §. jure iurando & alios allegatos per Bertrachinum de Gabella, i. part. numero 15. ubi idem dicit in aliis civitatibus merum imperium ex privilegio principis, vel ex consuetudine, vel ex constitutione de pace constant. ex Barto. in l. prescrip. C. de Episc. audi. non vero si de facto superiorem non recognoscere, ut per Bertrach. ubi supra numero 16. cum sequenti, debent tamen tales civitates potentes indicare novas Gabellas, id facere in casibus permissis, & secundum quod in Rege et non recognoscence superiorem rem sit, imo & tunc per adiunctum et populi generalem, non autem per ordinem Decurionum, nec per consilium populi, cum adiuncta generalis sit superior, & habeatur loco imperato-

ris, nisi concilium populi haberet auctoritatem, vel potestatem ab adiuncta generali, per leg. prohiberi. §. plane. ff. quod viam claus. notat Salicetus in lege velligalia, columna prima, C. de velligalia, & Bertrach. ubi supra numero decimo velligalia, ubi hoc probat ex eo quod concilium generale potest committere certis consiliariis aliquid faciendum, & quod per illos sit, à concilio fieri dicitur, lege illud, & si decuriones & ibi Barto. ff. quod cuiusq. universitatis nomine. Et quid in civitate Venetiarum, et Bertrach. ubi numero decimo nono et 20. inquit posse pro mercibus maritimis Gabellas imponere, quia Veneti ex consuetudine sunt domini maris Adriatici, & possunt statueri super Gabellis maris, & tradit Angles ubi supra, ulterius incepta proseguendo idem erit dicendum in omni alio habente ius imponendi velligalia & Gabellas, nam intelligitur potestas imponere, servatis servandis & ex iustis causis, et ut in Rege non recognoscence superiorem dictum tenent, & ius hoc acquiri potest et uno de quatuor modis. Primo ex privilegio & concessioe principis ius illud habentis, ut notant omnes in Rubric. C. nov. velliga. impon. non posse. glossa in leg. verna. §. si vero quis agrum vers. levavi. ff. de cultibus in fine, quam sequuntur plures relati per Tiber. Dec. in Respon. 41. num. tertio, volumine secundo et ex lege prima, titulo undecimo, libro sexto Recopilationis, & sic vendendo ius hoc, ut licet inest imo necessarium pro sublevanda necessitate, inquit Ludovicus à Carbono de restitu. questione questio. 33. questione 16. potest enim princeps concedere privilegium quo aliquid populo vel privato, ex textu, in capitulo super quibusdam, §. preterea de verborum significacione, et in dicta lege prima, titulo undecimo, libro sexto supra tenent Bald. & plures relati à Bertrachino de Gabella, prima parte, numero vigesimo tertio ubi num. 24. inquit quod tale privilegium exigendi Gabellas, vel collectas concessum à principe non potest revocari et quia transitiva in vim pacis vel conditionis, ex leg. quod semel de ibi Barto. ff. de decret. ab ord. faciend. et in l. hi qui in fin. ff. de iure immuni. & item dicitur in privilegio ne quis teneatur ad collectas, et ex eodem Barto, in dist. 1. quod se met. et in l. omnes populi ff. de just. & jure Bald. & aliis relatis per Bertrachinum dicto num. 24. ubi & quantan valeat tale privilegium concessum alicui loco gravato alicuius pedagis, & inquit quod non quilibet subreptitio hoc tacito quod erat gravatus alicui pedagis, secundo acquiritur ius imponendi collectas & Gabellas consuetudine, per textum in cap. serva. §. 8. questio. secunda, in glo. capite contra morem distinctione 100. ubi idem etiam de privilegio allicetur, & probatur etiam in dicta capitulo super quibusdam §. preterea de verbo, sign. et in capitulo notandum de consilio et in dicta leg. prima, titulo undecimo, libro sexto supra & plura alia allegata Bertrach. de Gabella, dist. prima parte num. 26. et 27. etiam glossa in l. minima prescrip. ff. de verborum sign. utramque requirit, scilicet privilegium & consuetudinem, nam communiter reperitur secundum Bertrach. in eodem num. 17. Tertio & consequenter idem dicendum est in prescriptione et ut est text. ubi notat Bart. in l. cum de in rem verso ff. de iur. et in l. libet. C. de agricoltis et censuris, libro undecimo notant omnes in l. si certis annis. C. de pacis Bald. in l. solent. §. si ff. de



de officio, praesent. debet tamen hac consuetudo vel
 57 praescriptio esse immemorialis, ex dictis iuribus,
 & quia habet vim privilegii, & tituli, ex l. i. se-
 cunda §. ductus aqua ff. de aqua quot. & ubi, ut &
 alibi late diximus ff. de mirabile secundum Ber-
 trachium ubi supra num. 31. quod est speciale in
 hoc iure habente causam continuam, quod res-
 quiratur praescriptio tantum temporis, cum suffi-
 58 ceret tempus ordinarium in servitutibus ha-
 benibus causam continuam, sed ego nihil mira-
 59 bile adesse in hoc intelligo, cum illi consuetudo ac-
 quiratur, ut pote quia factum hominis requiritur,
 scilicet, in imponendo vestigali, vel non
 solvendo, item quia cum imponere sit de regu-
 libus, nihilum si tantum tempus requiritur, si-
 60 no & scientia requiritur illius, contra quem
 consuetudo vel praescriptio inducitur, licet, si
 fuerit scientia futurum iudicium & personarum
 ab eo impostarum in talibus locis ubi jus hoc
 acquiritur, ut alibi diximus in similibus casibus
 & voluit Bertrachius ubi supra numero 29 ubi dat
 cautelam, quia quidem cum mendacio non uti-
 61 tur, quin animam perdes, quae cunctis rebus pre-
 tiosior est, & consuetudo hae vel praescriptio
 immemorialis imponendi Gabellas in aliqua
 provincia, vel populo in una re non extendatur
 62 ad alias in quibus non est consuetum, secun-
 dum Bertrachium ubi supra numero trigesima-
 tertio, quem vide. Quarto modo acquiritur jus
 hoc Gabellas imponendi ex conventionione facta
 cum ipsi subditis, de qua loquitur textus in legi-
 63 sime & praeterea, ff. de mun. & hon. & per totum
 tit. ff. de anno, & trib. lib. 10. & haec appellatur
 munita conventa, sed haec in rebus superiores
 habentibus fieri non possunt, etiam cum consen-
 64 senu populi maxime in nostro regno attenda
 dispositione. l. 1. & per totum tit. de lib. 7. supra,
 & hoc quatuor modos acquiritur jus hoc do-
 signat. Tiber. Decia. res. per. 41. num. 4. & se-
 quitur, lib. 2. sed quocumque modo acquiritur
 65 non possunt imponi nisi ex iusta causa, & ex
 secundum quod supra dictum est licet Regi
 non recognoscenti superiorum, & in consue-
 tudine voluit Petr. a Navar. in dicto. tracta. de
 res. lib. 3. cap. 1. num. 259. inquit tamen
 Jacob. a Graf. in dicto. cas. consuet. dec. 122.
 num. 6 quod si antiquitus praescripti sunt Gabella
 Gabella, quod ex quo in principe causa praescri-
 66 bantur licet in conscientia fraudati non pos-
 sunt, & quod ego si verum est, intelligerem
 quod de causa non constaret, sed si constet,
 & est iniusta vel cessavit, ut ipse ibi. num.
 35. dicit & Carrocius in loca infra num. sexto
 allegato, sed quid si populus dubitat, an sit
 iusta, debeat iusta reputari necne, vide Ludo-
 vicum a Carbone, de restitu. quest. 33. in prin.
 Ex quibus habet Regem, civitatem, & domi-
 nos non recognoscentes superiores posse indi-
 cere vestigalia & Gabellas, in suis regnis, &
 dominis, & populis, & itidem illos qui ex
 privilegio, consuetudine praescriptione vel ex
 conventionione jus eas imponendi acquirunt, ut
 dictum est, debet tamen esse indultam cum
 causa vestigal hoc & Gabella iustificata eon-
 67 tum quod dictum remanet, & tunc licite
 eunt & in iustitia & in conscientia debentur
 tales Gabella & vestigalia, & namini li-
 68 cebit eas defraudare & absque peccato & one-

re, restitutionis, ut omnes supra dicti D. D. alius
 referentes asserunt, & hanc opinionem ratio-
 nem dicit Minchaca de successio. crea. §. 28. num.
 28. res. redendum in res. unde delinam est,
 & Murada in l. 29. tit. 6. par. 1. glo. 3. num.
 51. cum sequenti & novissime Carrocius, quem
 post haec vidi in tracta. sacrali & conditio. 1.
 part. iii. de locatio. vestig. quest. 1. ubi num.
 4. etiam lex penam imponat, & cum. c.
 hoc intelligit dum tamen talis Gabella sit iusta
 & num. 35. supra etiam diximus & tradit Na-
 vara de res. dist. lib. 3. cap. 1. n. 227. cum sig.
 aliquibus & Angles. ubi supra tit. de fraudulenti-
 bus vestig. iuxta Mexia, in pragmat. sacre pacis
 69 in 58. cons. num. 42. & Gironda de Gabell. 11.
 part. num. 8. & 7. etiam non petatur,
 ut dicitur in l. 19. num. 4. infra ced. tit. in-
 quit tamen Bertrach. ubi supra num. 31. quod
 vestigal respectu dicitur dominii non potest
 praescribi, sed respectu tantum utilis, & datur
 publiciana, & cum supra in 5. vestigalium &
 ubi supra, ff. de public. & vestig. & an excludatur
 Regi dicitur licet ex iusta causa si imposuisse,
 67 vide Mascard. tracta. 1218. num. 13. & in du-
 bio Gabella praescribuntur & iusta secundum Ja-
 68 cob. de Grassi, in dicto. decisio. 114. casum
 conscientia num. fin. ubi in num. 10. inquit quod
 si constat de causa efficiente est in dubio praes-
 69 cripta iusta.
 Ibi, Quae loi vendentes, sive sine minores
 sive maiores viginti quinque annorum, dum
 tamen sit venditio valida & efficax facta,
 sive maris, sive feminis non conjugatis, nam
 si conjugata, licentis viri requirunt, vel quod
 sit soluta negotiari vidente & permitente ma-
 70 trico, aliter enim contractus & venditio ellet
 nulla, & consequenter Gabella non & deberetur,
 ut novissime inquit Gironda de Gabellis in 9. part.
 num. 21. cum sequenti & Tirquel. de restitu. tit.
 4. §. 1. glo. 2. num. 7. & si soluta sit, repit po-
 71 telt, ut per eandem ibidem, tit. de conventio. §.
 6. glo. 2. num. 6. & consequenter omnes ho-
 mines de mundo tenentur si solvere Gabellas,
 ut ibi per Girondam in 7. part. §. et cognosca-
 mus num. 1. nisi illi qui speciatim excepti re-
 72 pectantur, de quibus ibi per eum. & in aliis
 questionibus ejusdem tractatus, & in tit. 18. hoc
 libro declarantur, ulterius notandum est ex iis
 verbis, quod licet antea de iure communi Ga-
 bella solvenda onus, ad emptorem spectaret,
 73 & ut ex text. in l. debet. ff. de edit. edili. nota-
 bant Bald. & alii relati per Gironda ubi supra
 in 4. part. §. unum autem in hoc. §. 1. num. 1. cum
 sequenti, & hanc sententiam esse veram de iure
 communi asserereb Castillo, l. 70. Navar. in glo.
 penul. & communem testatur Ludov. Roman.
 in sup. 488. per Justiam, & DD. ita emptori
 attribueri testatur Lasarte, tam in scolio ad
 hanc legem nostram in dicto tracta. de Gabell. num.
 7. quam in cap. 15. num. 1. & in cap. 14. num.
 13. de dict. l. debet, quam legem hoc non pro-
 74 bare in eo cap. 17. num. 1. testatur ipse Lasarte
 ex Pinelo, l. 2. C. de restitu. venditio. 2. part.
 cap. 3. num. 40. & revera ad utramque partem
 potest ille text. adduci, & sic ibidem Capo-
 75 lin. in 1. notabili dicebat, quod ad emptorem
 & venditorem & equaliter pertinebat Gabella
 solutio, & in l. 13. in quatuor Gabellarum fit
 mentio

mentio de hac equalitate in vicinis de Valde-
 ras, quae est l. 7. tit. 18. infra cedem, & in l. 2.
 eodem tit. & in l. 3. infra tit. 14. tamen iam ex
 lege nostra regulariter Gabella solutio pertinet
 74 & incumbit venditori nisi ubi aliud ex le-
 gibus iis Gabellarum fuerit expresse dispositum,
 & tradunt Lasarte & Gironda ubi supra, &
 Villalobos in exordio mille communiarum opinio-
 littera E. num. 4. & Felician. in tracta. de cens.
 lib. 2. c. 7. fo. num. 1. & hoc est sine dubio,
 licet privilegium habeant Gabellarii recupere-
 75 ranti Gabellam a venditore, vel ab emptore
 non revelante venditionem & emptorem intra
 quinque dies a lege regni huius quater-
 Gabellarum determinatos, ex l. 37. in fin. tit.
 19. hoc lib. ut inquit optime Gironda in dicto. §.
 unum autem num. 2. pag. 76. & ante cum Mino.
 de successio. creat. tom. 1. §. 10. n. 23. vers. in summa
 sed si emptor non solverit poterit a venditore
 76 recuperare, cui venditori incumbat onus solu-
 vendi, adeoque ibi Gironda, in dicto. num. 2.
 haec vera dicit, quod etiam ab illo qui nomine
 alieno vendidit aliquam rem, ut alienam, vel
 tanquam ejus procurator potest recuperari Ga-
 77 bella, contra Lasarte in dicto. cap. 13. numer. 4.
 cum 6. sequenti, quem ibi Gironda in hoc repro-
 bat, sed ego veriorum & tutiorum credo senten-
 tiam Lasarte, scilicet, quod a tali procuratore
 78 erigi non possit, sed a vero & Damiano rei ven-
 ditae, vel a re vendita, quae ut ibi inquit Giron-
 da transit cum onere solvendi Gabellam & ex ea
 per l. Imperator. ff. de public. nisi dominus vero-
 ritus esset exemptus a Gabella solutione, quia
 tunc neque ab eo neque a procuratore poterit
 79 peti, ut ibi per Lasarte n. 9. ex l. 10. tit. 8. infra
 cedem ulterius hoc ampliatur quod licet venditor
 vendat libere, & sic hinc de alienata ut Gabella
 solutio remaneat emptori, adhuc Gabellarius
 80 poterit a venditore illi exigere, ut percipere, cum
 ex suo pacto venditor deteriori conditionem
 Gabellarii efficere non possit, licet ipsi venditori
 remaneat salvum jus recuperandi ab emptore il-
 lud, quod pro Gabella Gabellario solvit, sive
 compulsus, sive non solverit, inquit Lasarte in
 dicto. cap. 15. n. 11. ubi num. 12. ex hoc nihil
 81 speciale dicit constitui, & in l. 3. tit. 18. infra
 cedem, dum ibi dicitur quod vendens clerico
 franco pretio adhuc Gabella ab eo peti potest, &
 ipsa clerico recuperabit, nam cum in sit de
 jure, nihil speciale ibi constituitur, sed confir-
 82 matur id quod de jure fundari poterat ut ibi per
 eum in dicto. num. 11. cum sequenti, aliquibus. D.
 placet tamen mihi illud quod ibidem ipse Lasar-
 te num. 19. inquit cum Parladon. ibi allegato,
 & Gironda de Gabell. in praedictis num. 11. in 5.
 part. num. 41. scilicet quod Gabella sit solvenda
 Gabellario tam ex principali pretio quam ex illo
 83 pretio franco, solvendo pro Gabella ipsi Gabel-
 lario, & nam licet ibidem aliter illud plus pro
 Gabella solvendum esse commo- dum emptoris &
 sic pretium ejus rei venditae, tamen si fallor
 non sic esse iudico, nam & cum venditori in-
 cumbit onus Gabella, ratione illius oneris sem-
 per procurat vendere carius, quam vendit si
 84 onus Gabella ad eum non pertineret, & emptor
 ipsa ratione Gabella ab eo solvenda, & ex vi pacti
 ad hunc de alienata, semper procurat minores
 tenere quam emerit si pactum hoc non appo-
 85 Averro in Recopilacionem. Tom. VI.

fuisse de pretio franco, & sic non fit iniuria Gabel-
 lario, qui de causa nunquam circa hoc vide Gabel-
 larios instruisse, neque iudicium credo, quod
 instruit eum eadem rei ratio in utroque casu, &
 decima decime non debetur, neque est lex, quae
 hoc jubet solvi, & sic non est amplianda Gabel-
 latorum cupiditas, sed coercenda potius, &
 quia aliter iniuste emptor oneraretur in solutio-
 ne subdecima, cum ipse solum se obligaverit ad
 solutionem decime pretii illius, quod realiter
 venditori solvit, neque potest franquitas illa di-
 ci pars pretii, ex dictis per Felici. de censibus lib.
 2. cap. 1. num. 14. neque augmentum, ejas quia
 emptores semper minus pretium solvunt ratio-
 ne franquitas illius, ut experientia docet, &
 venditor plus venderet si sibi remaneret onus sol-
 vende Gabella, ut in simili inquit Barr. in l.
 interitum ff. de public. & vestig. & Abbas cap. 1.
 secundo de decim. & sic uno modo neque alio
 non fit iniuria Gabellario, & in simili idem
 consulti Felicia. de censib. lib. 2. cap. fin. num. 3.
 neque obstant dicta per Lasarte, quia in aliud sunt
 propositum si bene considerentur, neque hoc est
 ad hoc, quod videatur majus pretium solvi ven-
 ditore, sed quia decima decime non debetur,
 licet neque fructus frugum, neque usura usurae,
 neque partes partium, ut per glo. causam,
 in l. sed & partus, ff. de rei qua et nec. finis.
 Ibi, pagus, integre, & statim quod emptio &
 venditio perfecta est, etiam re non tradita, ne-
 que facta solutio, nam eo ipso quod de pro-
 82 tione conventum est inter partes perfecta est vendi-
 tio, quamvis quidem pretium non numeratum
 sit, ut est text. in pri. infl. de emptio, & vend. l. 1.
 §. 2. & 6. & 7. tit. 1. §. 1. l. 2. & 3. tit. 10.
 lib. 3. per neque res vendita tradita sit,
 ut est text. in pri. infl. de obliga. qua ex contractu
 non numeratur, ubi, ac nec dari quocumque necesse est,
 ut substantiam capiat obligatio, & in §. perscruta-
 tur infl. de donat. & satis eleganter explicat text.
 in l. 1. ff. de rei. perm. & in l. 2. ibi, nos autem
 pretii numeratio, sed conventio perficit emptorem ff.
 de contrab. emptio, & est communis Doctorum
 traditio, etenim illa pretii numeratio & rei ven-
 ditae transitio, quae in venditionibus fieri solent,
 & debent, non ad substantiam contractus, sed
 ad executionem pertinent, propter quod tripli-
 cem aut quadruplicem perfectionem emptio &
 venditio & habere dicitur ex Baldum. l. nec sforis. ff.
 de peri. & com. rei. vend. quem refert Dec. cons.
 179. num. 3. & late Matienzo in l. 7. glo. 6.
 num. 14. tit. 11. lib. 3. supra, & in expresse pro-
 83 batur hoc ex l. 10. infra dicta in fin. ubi per no-
 strum acabad. de pagar. & eo. l. 1. tit. 19. lib. isto
 infra ibi de pres. del negociantio, & fecho de la venta,
 ubi etiam dicitur, & ex lege nostra iudem probat-
 dum postquam venditoribus incumbere onus
 Gabella dicit, immediate inquit, pagus, quasi
 solum lex nostra contentione cum eo solo, quod
 venditoris sint, & nihil aliud requirit, ratio est,
 quia regalis haec decima non ratione rei venditae,
 vel pretii conventi, sed ratione & contractus ven-
 ditionis debetur, ut ex nostra lege etiam probatur,
 84 ubi venditoribus, & ibi, perque venditorem, & in ex-
 presso, ita resoluti Avendanno, resp. 29. per
 tamum & Lasarte de Gabell. cap. 3. num. 1. cum se-
 quenti, & cap. super totum, contra Montal. & Cas-
 tello ibi allegatos, aliud & male dicerent, & al-
 85 lucinantes,

luciantes, quod venditio & emptio non esset perfecta nisi re tradita, quod est contra dicta iura, & sic etiam quod ante traditionem debeatur Gabella, tenet Girona de Gabell. 5. par. 5. un. 10. m. 12. pag. 120. contra Tiraquel, de retro. l. 1. tit. 1. m. 43. §. 1. glof. 2. ubi numer. 44. & in eodem §. 1. glof. 10. nu. 15. idem cum Girona tenet.

87 Ex quibus plures effectus & resultant, primus quod Gabellarius agere poterit ad Gabellam eo ipso quod de re & certo pretio pure convenerit, quamvis nec pretium solutum sit, nec res tradita. Secundus quod licet nunquam res vendita tradatur adhuc Gabella debetum remanet, ut per Lasarte de decim. vend. cap. 4. num. 1. & cap. 14. num. 6.

Tertius quod licet partes poeniterint venditionis ante res traditionem vel pretii solutionem Gabella non & exequantur, quia ex conventionne ipsa illius obligatio orta est, & ius sicut quoniam, ut dictum est, de iterum tradit Lasarte de decim. 14. nu. 7. & Avendaño Resp. 29. vers. hinc, contra Michael. Salor. de iur. & iur. in cap. 191. pag. 454. vers. demum questio, aliud volentem, & contra Pat. Navarra. de restitutione lib. 3. capitulo. 1. num. 244. & 245.

Quartus, quod si dominus alicujus loci Gabellas habeat, quo in loco venditio contracta est in vita possessionis illius & majoratus, res vero tradita est emptori post mortem ipsius domini, postquam jam scilicet, alius in iure Gabellarium successerat, haeres illius primi domini in casu temporis venditio sine conventa & celebrata habebit Gabellam illius venditionis non vero successor & Gabellarium ipsarum, & idem erit quoad quoscunque Gabellarios, ut tenet optimè Lasarte ubi supra, cap. 3. nu. 10. ex text. in l. 12. infra isto tit. & lib. dum Gabellarios temporis contractus ipsi anteposuit, quorum tempore ille contractus ad omnimodam executionem, & hinc traditionem seu usum perducitur. Quintus effectus est, quod si quis tempore venditionis est immittis à Gabella solutione, ut qui tunc erat uxoratus cum aliqua ex descendens Antonie

88 Gattia, licet tempore traditionis cessasset jam ex aliqua causa iusta haec immunitas, non debet Gabellam ex tali venditione, sicut è contrario & si tempore venditionis non erat immittis à Gabella, & tempore traditionis esset immittis debet Gabellam, quia ut dictum est, tempus contractus puri inspicitur, non vero traditionis, ita Lasarte de decim. l. 1. m. 14. neque supradicti obstat lex. §. infra eadem, ubi traditio, videtur considerari, nam ibi consideratur traditio, quoad considerandum in quo loco debeat Gabella, & solvenda sit, non vero quoad hoc an traditio requiratur ut debeat Gabella & peti possit, ut de inquit Tiraquel, de retro. l. 1. tit. 1. m. 47. quibus sic discussis, ampliatur primo nostra conclusio, ut procedat etiam si artha intervenit ex quacunque parte, nam cum à principio pure sit venditio celebrata, statim Gabella debetur, prout in specie referendo Didac. Perez, tenet Lasarte de decim. l. 1. m. 18. sed ejus opinio mihi nequaquam placet, & quoniam cum intervenit artha licitum est, partem artham praesentem poenitere & restituere à venditione, ex text. in l. 7. tit. 1. par. 1. quia ut inquit Angel. relatus per glof. 1. in eodem, qui sic tacite videtur

90

actum inter contrahentes, ut artham amissionem vel publicationem sint contenti, & sic in hoc casu discedente aliqua parte ab emptione nulla debetur decima, cum adhuc tunc perfecta venditio dici non potest, cum qualibet pars potest poenitere pendendo artham simplicem, vel duplicem, secundum quod in eadem l. 7. part. disponitur, & sic male meo videri tenuit Lasarte ubi supra dicendo Gabellam deberi, etiam si aliqua ex partibus, artha, prestata ab hac discedat venditione, potest tamen opinio Didac. Perez, & Lasarte cum sequentes procedere cum non tantum datur Artha pro signo, sed insuper & pro parte pretij, & dicendo, *deyos esloper fennal, por parte pretis*, nam cum tunc nulla pars potest discedere à tali emptione secundum dict. l. 7. nimirum est quod debetur Gabella, ex tempore contractus, & sic potest ampliari nostra conclusio, & post hoc ita voluit Girona de Gabell. 5. par. 1. m. 1. decimo octavo & decimo nono, & Michael Salon. de iur. & iur. cap. 191. pag. 454. vers. tertio no, cum sequens, & nota quod in primo casu cum datur artha pro signo, si nulla ex partibus discedat à venditione, debetur Gabella Gabellario qui erat & tempore contractus, non vero tempore traditionis, quia jam verificatur venditionem esse pure factam cum animo delictato partium ex tunc valida fuerit. Secundo ampliatur nostra conclusio quod ex tempore contractus Gabella debetur, & peti possit ut procedat etiam si ex partium expressa conventionne esset determinatum, quod tunc venditio traditio fieret tali tempore, & sic in diem aliquem ut tenet Best. l. 2. *Senatus vici*, & ibi Platen. C. de consuli. lib. 12. & sic iustitiam ait Josephus Ludovicus in l. 174. *Artham Peris*, & loquitur Lasarte ubi supra cap. 6. nu. 12. Tertio ampliatur & fortius ut idem sit, quando venditio pura vel sola pretij solutio & in diem certum differatur, nam & tunc peti statim potest Gabella, ut cum Avenida. Resp. 129. vers. *hinc cum sequens*, tenet Lasarte in d. c. 6. nu. 24. ubi à num. 18. cum sequenti. late pro utraque parte id examinat, & tandem tenet hanc opinionem, quam ego vidi regis sententia in Senatu Regio patrimonij Regij sequentem, & sic determinatum nullo intercurio medio tempore venditori per Gabellarium soluto neque solvendo, ut dicebat Bart. in l. Falcidia habet. ff. ad leg. Fal. de sequendo Avenda. ubi supra, etiam si Alexam. & Xuar. secuti & relati per Parladot. in l. 1. r. r. quod. cap. 3. m. 48. aliud in terminis velint tenere, & Avenda. opinionem dicit verissimam Lasarte in d. cap. 6. num. 27. & novissime Girona ubi supra 4. par. §. 2. num. 1. cum sequens, & videtur probari ex l. 10. in fin. infra isto tit. 17. dum ibi denegatur petitio tabellionis nolentis & recusantis copiam talis venditionis reddere Gabellario eam petenti pro recuperanda Gabella, & jubetur ut omnino eam statim tradat, quasi velis lex tradendam talem copiam Gabellario ut statim Gabellam illam recipiat & exigat, aliter enim inanis videretur legis illius dispositio, & consequenter quod hinc Gabellario tempore contractus existentis debeatur talis Gabella, non autem illi qui fuisset die solarium adjecto, quae quidem conclusio sic ampliata limitatur primo ut non procedat in conditionali venditione, & in 96 ca enim non debetur Gabella, nisi conditio verificetur,

97 verificetur, ut per Tiraquel, de retro. l. 1. tit. 1. m. 43. §. 1. glof. 2. num. 25. & 24. & consequenter ante non potest peti, quia nondum est perfectus contractus, sed verificata conditio debetur Gabellario, non Gabellario, & cum quo periclitur conditio ut per Parladot. cap. 3. §. 3. nu. 23. lib. 1. r. r. quod. ut per Tiraq. ubi supra glof. 10. nu. 46. & in tit. de convention. §. 5. in glof. 6. num. 27. locus vero erit si non est venditio conditionalis, quia tunc statim debetur, ex quibus inferitur quod de censu redimibili super bonis meis per me imposto in favorem alicujus tertii emptoris, Gabella debetur à venditore, & ab eo peti potest per Gabellarium 98 eo ipso quod impostus est census, & tunc quia census hic emptio est & venditio, ut apparet ex *extravaganti prima & secunda de emptione & vendit. & ex text. in Avenda. ut in qui oblig. fa. perhib. hab. ref. Atin. §. quoniam. vers. licetis, iusta glof. ubi vers. redditis, in secunda expusitione, & resolutis glof. l. 23. tit. 8. p. 5. vers. a causa & Covar. lib. 3. var. c. 7. num. 3. quos sequens refert Lasarte de decim. vend. c. 10. num. 4. ubi merito reprobat Villalobos aliud dicentem, & ex iis ibi Lasarte in num. 5. infert cum Did. Perez, & Parlad. ibi relatis ex tali censu redimibilis constitutione gabellam deberi & statim peti posse, quia jam est perfectus contractus & celebrata emptio & venditio, prout ante eos tenuit Avendaño resp. 29. & Felicia de censu, lib. 2. cap. fin. num. 1. hoc & iuste esse sine dubio asserens, & idem novissime tenet Girona, de Gabell. 5. par. §. 1. num. 1. alios allegans, neque conditio apposita quod talis census quocumque venditor voluerit redimi possit, suspendit perfectionem contractus, nam contractus emptiois perfectus remansit, & potestas illa redimendi illum ad voluntatem venditoris imponentis censum super rebus suis immobilibus ad rationem quatuordecim mille pro milliario prout fuit constitutus, non alterat naturam contractus nec suspendit illum, sed justificat, quia non alias justificaretur & est sicut in emptione cum pacto de retrovendendo & facta, in qua & ex qua Gabella debetur, nam cum ex venditionis contractu jus Gabellae sit quiritum, non potest postea mutari ex resolutione ejus, virtute voluntatis & potestatis redimendi cum voluerit, & in pacto de retrovendendo, ita tenet idem Lasarte ubi supra cap. 14. num. 36. ubi num. 37. cum sequentibus pluribus, tenet quod ex ejus rescissione & nova Gabella non debetur, & bene, quia non est novus contractus, sed dependens à causa antiqua, & necessaria, & ibi alia prosequitur, circa pactum de retrovendendo: sic etiam ex didicis sciendum est quod ex censu hujus redimibilis constitutione super re emphyteotica constitutus, laudemium & debetur domino emphyteotico, secundum Francis Mar. decisio. 477. & Petr. Jacob. relatos, & secutos per Amede. à Ponte, in *questionibus laudemialibus* quest. 4. in prim. & Girona de Gabell. 9. par. in pr. m. 24. nisi secundum eundem Amede. ibi in quest. 25. in fin. dominus emphyteotico approbaverit contractum & venditionem ab emphyteota & factam postquam jam contractus factus erat, nihil sibi relevans juris pro laudemio, vel si ante contractum distulisset praestare censum per duos menses dum requisitus fuit ut praestaret, vel recipient pensionem postquam seivit contractum esse factum & novam emphyteotam in possessionem missum, locus si ignoraret, ut ibi per eundem Amede. quest. 16. ad fin. Sed an de censu emphyteotico redimibili tamen debetur Gabella & poterit peti statim per Gabellarium illius temporis & antequam redimatur & videbatur quod 103 sic, quia jam erat factus contractus & videbatur idem esse quod in censu redimibili de quo supra & ita tenuit Avendaño, de decim. vend. 29. equiparans, quoad hoc utrumque censum, contrarium tamen & melius tenuit Girona ubi supra §. par. §. 1. num. 2. & 1. imo quod non possit peti statim Gabella, sed tunc demum cum redemptio fit & debetur Gabellario existenti tempore contractus, census emphyteotici redimibilis, ex eo quod in datione hujus census nulla statim contrahitur venditio, & concedens remanet cum dominio rei accensuata, quod concedit, utile tantum dominium transfrendo, & in recognitionem directi reservati, annua sibi pensio solvitur, iuxta l. 1. C. de jur. emphyteot. & in hoc non intervenit pretium, & sic non potest dici emptio nec venditio, ex §. pretium inf. de empt. & vend. & interim quod non redimitur, census hic assimilatur locationi, ut apparet ex l. 18. tit. 8. par. 5. & consequenter donec redimatur, & ex redemptione & pretii solutione perficitur & efficitur emptiois contractus non debetur ex eo Gabella, & tunc debetur Gabellario illius temporis, & ita in praxi receptum inquit Girona ubi supra, & Ante cum Lasarte de decim. vend. cap. 10. num. 51. & iterum num. 57. cum 4. sequentibus & tunc debetur Gabella ab illo & qui rem desit in emphyteotico, & solvet cum Gabellario existenti tempore redemptionis, & ut ibi optime advertit ipse Lasarte contra Covar. ex fundo illo dato ad censum hunc sine perpetuo sine redimibilis sit census hic, nullam Gabellam debet ipse dans nec recipiens, & locutioni assimilaretur, ex qua non debetur, nisi prius fundus venderetur pro pretio aliquo, & post pretium illud & reduceretur ad censum, nam tunc ex venditione fundi debetur Gabella per vendentem, & ex constitutione census debetur alia per imponentem illum super illo fundo vel super alio, & num. 73. & 74. hinc limitat Lasarte, vel cum datur pro censu redimibili emphyteotico redimitur post, nam tunc peti potest ut diximus, sed an si census hic emphyteotico esset in perpetuum & constitutus, debeturne Gabella aliqua, dic interpede nullam deberi ullo tempore, nisi postea ex partium consensu redimatur talis census, nam tunc debetur & solvetur Gabellario illius temporis, secundum Lasarte ubi supra, num. 56. imo si postea rem illam Domino censu reddam nulla Gabella debetur, ut per Lasarte ubi supra, num. 57. itidem si quis aream suam det alicui ut communem domum adificet & nulla Gabella debetur secundum Lasarte ubi supra, num. 14. sed an de constitutione census vitalis, Fulgo de por vida, & debetur*

104

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
NOMINAL DE

110 debetur Gabella, & deberi inquit Gironda, d. s. par. §. 1. num. 1. dum ibi illum ponit cum facultate redimendi sicut in censa redimibili & resolutivo, & in utroque dicit Gabellam deberi, & Lafarte clarius & latius idem tenuit in de decim. cap. 10. num. 38. cum 4. sequentibus, ego tam hanc opinionem ita indistincte propositam non utique veram crederem

111 sed distinctio esse in ea procedendum arbitror, scilicet quod si census hic vitalis, prout solebat fieri per vitam alienus constituebatur ita quod dum ille viveret censum solveret, nihil aliud obligando pro securitate census & eius solutione, quam vitam illius, super quo constituitur, etiam persona constitutentis obligaretur, non utique crederem ex tali contractu Gabellam deberi, quia revera nulla intervenit emptio, nec venditio, libera etiam persona neque emi neque vendi potest, cum ad imaginem Dei sit formata, neque ullo precio estimari potest, nam & ipsa libertas inestimabilis est, & sic Sarmiento lib. 7. sect. 1. cap. 1. num. 40. inquit vitalem hunc censum non emptorem & venditionem, sed aleatoriam quendam contractum dici posse, neque huic obstat opinio, quod factum teris quod in spe consistit emi potest, ut inquit Lafarte ubi supra quia illud factum estimabile est iudicio bonorum virorum, vel ex contrahentium consensu existit & vendibile est, quod est diversum ab hominis liberi venditione, seu estimatione, sed si pro assecuratione hujus census vitalis ultra persone vitam & obligationem obligarentur aliqua bona & immobilia, tunc utique Gabellam deberi existimo, quia sunt obligata bona, que quotidie venduntur & estimantur, & dum durat vita illius super quo constituitur durat obligatio, & emptio, rem obligatarum pro quantitate illa census constituitur, sicut & potest census constitui per quindecim aut plus annos, ut diximus in Rub. tit. 1. §. de his censibus, n. 4. lib. 6. supra, ubi probavimus justos esse census hos vitales, & ita cum hac distinctione resideo, cum qua voluit remanere Lafarte, ubi supra num. 39. in si. cum sequentibus, dum ibi dicit, sed & praterea cum hic census vitalis constituitur, ne dum vera emptio & venditio contrahatur, ut diximus, sed etiam rei immobilis suppositio interveniat, & necessaria est, sicut in reliquis perpetuis censibus desiderari dicit, ecce quomodo hoc voluit sentire & tenere & iustificare suam opinionem, ex communi praxi obligantem in hoc vitali censu bona immobilia, ergo vera est nostra distinctio & eam ibi sequi voluit ipse Lafarte sic considerans dubitat tamen Manuel Rodriguez in sua summa. 1. tom. cap. 4. num. 2. an in censu vitali possit apponi conditio quod terminari possit, Sed an ex censibus Regis, quos jurat vocamus, debetur Gabella, & dicit interprete non deberi, & sic practica communi receptum est & defendit Lafarte dist. c. 103. 76. imo & de censibus impositis per possidem hos iuros Regios super ipsi iuris, & ut ita loquar, non debetur Gabella, sive impositi census sint ad vitam, sive perpetui, ut per ipsum Lafarte dist. n. 4. & Gironda de Gabella p. in prin. n. 39. itidemque si super domo habes censum aliquem impositum, & vendis domum illam cum censu

117 illo, ex quantitate & estimatione census non

debes Gabellam, tum, quia iam erit soluta ex censu illo, & non debet iterum solvitur etiam quia tanto minus accipis quanto census ille estimatur, ita Lafarte dist. c. 10. n. 16. & 17. & Folie de cens. lib. 2. c. 11. indistincte & melius sic tenens contra distinctionem a Lafarte ibi factam, & hoc nisi secundum quod ibidem Lafarte dicit in n. 37. vendas rem illam super qua censum impositum habes, non quidem cum suo onere census impositi, aut ejus mentione facta, sed ut libeream certo pretio, tunc enim ex toto pretio Gabella debetur, & ita in practica determinavi. Sed querendum est etiam in quo loco est solvenda Gabella census & impositi, in locone ubi bona existunt obligata census, vel in loco contractu, vel ubi, & in hoc dicendum est & tenendum deberi Gabellam in loco illo ubi bona specialiter censui obligata existunt, & sic indubitanter tenendum est deberi Gabellam in loco ubi existunt bona specialiter censui huic obligata & hypothechata & super quibus census est specialiter constitutus, non vero in generaliter obligatis, ut per plura fundamenta tenet Felice de censibus libro secundo capitulo fin. numero duo decimo de Gironda, de Gabella, part. 6. num. 59. & diximus in l. 1. num. 9. tit. 15. lib. 5. sup. & hanc commanem & veram & in praxi receptam esse dixit Lafarte, ubi supra cap. 4. num. 11. & probatur ex l. 9. infra ista tit. & lib. 6. melius ex argumento. l. 10. infra ead. tit. & sim. dum ibi jubetur quod contractus venditionis rerum immobilium solum fiat per tabellionem loci in quo bona vendenda existunt, ne forte alio modo defraudetur Gabella, & consequenter disponitur hoc esse, quia ibidem ubi sunt bona hypothechata & obligata specialiter & super quibus specialiter census constituitur, debet solvi decima, sed si bona hanc sint in pluribus & diversis locis, dic secundum dictos DD. & maxime Lafarte ubi supra cap. 10. num. 14. quod tantam partem Gabella illius uniusquisque Gabellarius habeat, quantum rerum predicto censui suppositarum in suo territorio esse constituerit, per iudicium omnium bonorum estimationem, ut ibidem optime exemplificat ipse Lafarte, & Parlador, lib. 1. rer. quot. cap. 3. §. fin. ad fin. & ita in praxi uti asserit ipse Lafarte, & res est sine dubio, & quid si vendis in hoc regno rem, que sit in alio, an Gabella debetur, vide Lafarte ubi supra cap. 4. num. 15. Ulterius limitatur nostrae legis conclusio in ijs verbis, que commentamur ut non procedat in venditione, in qua conventum est inter partes, ut in scriptis venditio fiat, vel quod venditio fiat scriptura, nam hoc in casu licet de re & pretio conventum sit, tamen quia ante quam scriptura fiat partes possunt resilire a contractu, & usque quod scriptura fiat non est perfecta venditio ex text. in prin. in de emptione, & vend. §. lib. 6. tit. 5. part. 5. merito quod non debetur Gabella itam quod de re & pretio conventum est, sed tunc demum cum scriptura & est facta, & quod debetur Gabellario illi, qui adest tempore scripturæ, non vero illi, qui adest tempore conventionis, ita in specie tenent Mantal. lib. 3. gl. fin. tit. 10. lib. 1. for. & Castillo lib. 70. Titul. vers. Del remate, & quod antea non sit perfecta venditio, & debetur Gabella secundo Gabellario tenet Gironda de Gabella, 5. part.

part. in prin. num. 14. cum sequentibus pluribus, & tenet etiam Anton. Gomez, tom. 2. cap. 2. num. 17. ubi hoc intelligit dum tamen hoc dicant partes in ipso contractu, vel ante, secus vero si scripturam fieri ad substantiam contractus, sed tantum ad probationem, secundum gloss. in dist. l. 6. & Dida. Perez. in dist. l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. colum. 1035. in fin. Sed est questio non levis quando dicitur requiri scripturam ad substantiam contractus, non vero ad probationem, & ita ut antequam fiat partes a contractu resilire possint, vel non, & in hoc de jure civili erant opiniones, sicut & inter nostros Hispanos & nunc sunt, nam volunt aliqui quod si contrahentes tempore conventionis & venditionis dicant, quod de hac venditione & contractu fiat scriptura, videtur velle, quod sit de substantia, ita quod antequam scriptura fiat resilire possint a contractu, & hanc opinionem tenuit gloss. in l. inter patrem, qui sine scriptis, ff. de contrah. emp. tenet Azo in sum. num. 17. C. de fide instrum. quod DD. sequuntur teste Salicet. in Authentica sed non iure C. ficeret. Per. & alij plures relati per Matienço, l. 2. tit. 16. gloss. fin. num. 2. & pro ea inquit facere text. in l. 6. titulo quinto part. 1. tit. 1. Quatro que sea de esta vendida carta hecha, e la vendida, & C. Ubi Gregor. ita tenet dicens hanc legem approbare opinionem Azon. nisi aliud constaret fuisse de voluntate partium, ut in venditione tenet Lafarte, de decim. vend. c. 3. num. decimo tertio cum sequentibus, & in dist. cap. decimo septimo, num. quadragésimo septimo cum sequentibus, idem in permutatione esse dicit, contrariam tamen opinionem, imo quod etiam si partes tempore contractus dicant quod fiat de conventionis scriptura, non cessantur requirere scripturam pro substantia contractus sed tantum, pro eius probatione, & quod sic a contractu resilire liceat, nisi expresse dicatur vel probetur hanc fuisse partium voluntatem non aliter contrahere velle, nisi in scriptis, ita quod scriptura requisita fuerit pro substantia contractus, & eius substantiali forma, tenuit Accurs. in §. 1. iust. de emptione, & vend. & fuit opinio Joannis ut ibi patet, & ibi Angel. eam dicit communem, & plures alij relati per Matienço ubi supra, num. tertio & ibi ego eam secutus fui, in num. vigesimo nono, idque fundatur quia emptio & venditio solo verbo & consensu partium contrahitur & perficitur, ut in hac lege dicitur remanere, ergo quamvis partes addant quod fiat scriptura, non mutatur substantia emptiois, que nullam requirit scripturam ad sui perfectionem, ut in l. 1. §. 2. ff. de contrah. emp. adeo ut nulla alia requiratur solemnitas formalis, nec alia perfectior forma, & solemnitas formalis, ut inquit Anton. Com. tom. 2. c. 2. in prin. ante nom. primo, neque est de contractibus in quibus pro forma requiritur scriptura ex relatis per gloss. in c. 1. de cen. in 6. praesertim intentata d. l. tit. 16. lib. 5. supra, ubi sola obligandi voluntas consideratur & non alia perfectior forma, & sic ibi Matienço ex ipsa lege 2. dixit hanc secundam opinionem esse approbatam & veritorem ac receptiorem, & eam sequi videtur Velasco, de jure emptis. quest. 7. num. 4. cum sequentibus ubi inquit quod in illis casibus relatis per gloss. illam d. c. 1. de cen. in 6. in quibus scriptura requiritur in Receptionem. Tom. VI.

ra requiritur, non requiritur pro forma substantiali, sed tantum pro probatoria, quia substantia contractus illi probari possunt, dum tamen numerus tellium sit major ordinario numero, ut super illa gloss. omnes notant, & nos alibi diximus, & sic in dubio, ut inquit Mascard. de probat. conclus. 1425. num. decimo) contractus non censetur celebrari & in scriptis, si aliud non appareat, vel probetur fuisse ex contrahentium voluntate, & huic secundae opinioni non solum non obstat dist. lege sexta, tit. quinto, part. quinta, in contrarium allegata, sed potius pro hac secunda opinione est expressa, ut apparet ex illis verbis, T quero que sea de esta vendida carta hecha, ponderando verbum illud, quero quod est dispositum, & ut ex text. in lege Pamphila, §. propositum, de lege tertia notatur per amos ibidem, & cum disponat manifeste, colligitur non aliter contrahentem voluisse contrahere nisi scriptura de venditione, vel contractu foret, & consequenter, lex hac pro nobis facit, licet Gregor. Lopez in eadem lege sexta non pendens naturam dicti verbi, quero, legem illam pro prima opinione facere, male asseruerit, & ut omnes notat praesertim Cardin. Alexand. in cap. ex literis, 1. columna, 4. cum sequentibus, ver. successivo de sponsal. & cetero relato Augull. Bero. in questione quinta famul. numero primo, verbum volo in iunctum in iunctivo non importat actus praeteritum executionem, sed insertum in fieri nondum perfectum, & sic volendo partes vel aliqua earum per hoc verbum, volo, scripturam fieri, iungendo illud infinito denotant scripturam pro substantia requiri, cum nondum sit actus perfectus, sed in fieri, ultimus prosequendo assumptum nostrum non procedet lex nostra quousque venditio celebrata est hac conventionis pretii quanti Titius estimaverit, tunc enim non debetur statim Gabella Gabellario tunc existente, sed est in pendenti Gabellam deberi, donec Titius aestimet pretium, tum quia si Titius non arbitrat & moritur ante nulla est venditio, tum etiam quia eo estimante tunc perficitur venditio, ex text. in §. pretium Inst. de emptione, & venditio & pretio non definit impossibile est decimam ejus computare, & probatur etiam ex lege secunda, ubi sine pretio nulla est venditio, ff. eod. titulo & ex lege nona, titulo quinto, part. quinta etiam part. ibi, & hoc, que extremitatem temporis significant, ex l. quarta §. fin. ubi gloss. Bart. & DD. notant, ff. de condi. & demonstr. & consequenter ex hac venditione debetur Gabella Gabellario illi, qui erat tempore quo Titius pretium & aestimavit, ut per Gironda de Gabella 9. part. §. 1. num. 27. & Lafarte. in dist. capitulo tertio, num. 19. ubi num. 20. respondet cuidam objectioni, que meo videtur nulla est obiectio illa, neque impedit supra dicta & num. 22. inferit ex hoc duo, primum quod si Titius non declaraverit pretium nulla est venditio, & sic nulla debetur Gabella, secundum quod si tempore pretii declarati exemptus fuerit per Regem a solutione Gabellarum non debetur ex hac venditione Gabellam, & e contrario si tempore conventionis erat exemptus venditor, & tempore, quo Titius declarat pretium non erat exemptus debetur eam, Et an Gabellarios possit Titium illum cogere & ad declarandum pretium tradit Bald. con. lio 444. volumine quarto relatus per Bos.

si in praxi sub titulo de vestigali. quod solvitur, ex contractu, num. quarto, & quid si Gabellarius remittit conscientie vel voluntati vel verbo debitoris solutionem mercium, quas deserit reus fiat culpa, & restitutionis, si non prodiderit quantitatem mercium, solutionemque integram exhibuerit, vide per Solo. de just. & jur. capitulo 187. pagina 441. columna secunda cum sequentibus. Idem etiam dicendum est secundum Lasarte ibi, numero vigesimo-quarto cum sequentibus, quoties quis vendidit aliquam rem amici sui, cujus tamen non habet mandatum, scit tamen eam vendere velle, & reperta bona occasione vendidit eam, nam tunc ratificando venditionem hanc dictus ejus amicus versus dominus illius rei, cum ex tunc venditio robar accipiat, ex tunc debetur decima, & dabitur Gabellario illius temporis cum in praxi Gabellarii hujus non sit ratificatio retrotrahenda ad tempus contractus ratificatio, secus tamen erit si quis rem alienam ut suam vendat, nam tunc cum res aliena vendi possit, leg. rem alienam. C. de contrahend. emptio. tenebitur ipse venditor ad Gabellam, quia ut suam vendidit, ut tenet licet sub dubio Gironda de Gabell. quinta parte in princ. numero vigesimo octavo. Limitantur etiam nostrum assumptionem & lex nostra ut non procedat in judiciali venditione facta in via executiva virtute sententiae de remate, nam tunc non debetur statim decima usque ad percipiatur possessio bonorum illorum per emptorem, eo quod debitor ille, in cujus bonis facta est executio penitere poterit, interim & ad venditione rerum suarum facta recedere soluto debito creditore, vel emptori intra tres dies in rebus mobilibus, & intra novem in immobilibus, ut ex Castillo, Covar. & Didaco Perez, & Matieno, notat Lasarte ubi supra cap. 37. n. 57. ubi n. 58. inquit, non idem esse cum superiores iudices extra ea tempora decesserint soluto debito creditor exequenti bona executata reddidit debitori solventi, nam tunc Gabella non redditur tali executato, quia bene eam recepit, & id superiores ex gratia faciunt, potiusquam ex iure & haec gratia non debet redundare in praedictum juris quaesiti Gabellario illi pro Gabella illa, & in num. 59. nos allegans inquit ipse Lasarte prius deducendam esse Gabellam, & ex bonis iis judicialiter venditis quam solvatur debitum creditore, quod secus est, quoad decimam executori solvendam, & bene, & idem, in redimendi rem suam captam ex primo & secundo decreto, nam si intra tempus a iure permissum redimat, nullam debet Gabellam, & secundum Tiracquel, de retrah. conventio §. sexto, gloss. 2. numero decimo octavo, limitatur etiam nostrum assumptionem ut non procedat in pacto de vendendo, vel in promissione de vendendo, in eis enim nisi peticiatur venditio & promissio illa adimpleatur, non debetur Gabella, & neque peti potest nisi tunc deum cum perfecta est venditio, antea enim venditio non est, ut expresse resolvit Lasarte ubi supra capitulo decimo septimo, numero quadragesimo cum sequentibus aliquibus, & Gironda de Gabell. §. part. in pri. numero vigesimo-quarto alio allegans, & latius in 9. par. numero primo cum sequentibus, & Rolan. Valle conf. 69. numero vigesimo, vol. 3. & in l. sequentibus, numero decimo-novo, idemque est si quis vendat rem

alicui pro certo pretio si res ei placuerit intra certum tempus, & post intra illud tantum tempus, emptor dicat displicere sibi rem, tunc enim nulla est venditio, & sic Gabella non debetur, neque potest peti antequam emptor delectat, vel transeat tempus displicentiae. Ita Lasarte ubi supra, capitulo 14. numero 19. ubi inquit quod si tempus displicentiae non declaratur, intelligitur, esse 60. dierum, & ex. text. in l. quid si nois. §. si quid ita. ff. de edil. edi. notat. Anton. Gom. 2. tom. c. 2. numero 19. non tamen sufficeret dicere intra illos 6. dies quod sibi displicet, nisi & rem restituar intra illos, & secundum Lasarte ubi supra, numero 24. ff. de verb. obi. limitabis etiam nostrum assumptionem ut non procedat in venditione facta ad numerum, pondus, vel mensuram, tunc enim non statim debetur Gabella, neque peti potest, quia necitur quanta erit, neque est petenda venditio nisi facta mensura, vel pondere, vel numero numero, sed tunc deum facta mensura, pondere vel numero, nam venditio ad mensuram, & conditionalis est, & imperfecta ante mensurationem, & si facta fuerit traditio, non tamen dicitur translatum dominium, quia illa dicitur nuda a causa secundum Socin. conf. 16. colun. si volum. 1. & Rolan. Valle. conf. 7. n. 14. vol. 3. & additio. decisio. 68. Math. Altit. & ideo ante mensurationem venditoris est periculum, & per textum in l. secunda C. de peri. & commod. rei vend. l. 2. titulo 5. par. 5. Covar. in praxi. cap. 5. num. 6. & consequenter non poterit statim peti Gabella, sed tunc deum cum mensuratio facta est, ut per Lasarte ubi supra capitulo 5. numero 21. cum sequentibus, & sic tunc secundum eum ibi, num. 30. & Parlado lib. 1. nov. quoti. ca. 3. §. 3. num. 26. debetur Gabella primo Gabellario non vero secundo in cujus tempore mensura facta est. Et notandum quod si mensura facta est, & erratum fuit in ea, potest peti ut iterum meriatur & suppletur defectus, & secundum gloss. ubi DD. maxime Imol. num. 7. in capitulo per tuas de donatio. ubi & declarat an per receptionem rei videatur renuntiatum iuri competenti in qualitate rei, vel alias concernente rem ipsam, Emptorque, cui facta est venditio ad mensuram, post sexaginta dies lapsos a die mensurae non poterit dictam declarationem, & pro rei integratione facere, secundum Cavallinum de evic. pagina. 265. in fine. in par. ubi hoc intelligit verum quoties in contractu venditionis vel locationis fuit dictum quod erat ad mensuram tot iugerum, & si plus vel minus faceret detraheretur, secus vero si dictum sit, quod est mensurandum per homines expertos, tunc enim a declaratione agrimenorum potest semper quis se gravare, & peti rescissio, quia eorum declaratio non transit in rem iudicatam, & potest retrahari per alios meliores, secundum Lasarte in l. ad movendi in l. l. numero 47. & in repetitione. num. 58. cum 3. sequentibus. ff. de iur. iurando, & sic non possunt dicti agrimensores puniri de falso testimonio secundum eundem Iaso. in l. 1. §. fin. ff. de verborum obligationibus, sed difficultas stat quando dicitur venditionem fieri ad mensuram, pondus vel numerum, & de quo late per Capiti. decisio. Neap. 14. & Maria Soci. conf. 43. vol. 2. & Covar. in praxi. dist. cap. 3. & in specie per

per Lasarte dist. ca. 5. num. 21. cum sequentibus, aliquem, quem vide ne amplius immoretur in hac lege. Ultimo limitatur nostra conclusio, & assumptionem ut non procedat quoties venditio ad principio nulla est, ut potest quia venditio facta est dolosa, & dolus fuit talis, qui dedit causam contractui vel fuit facta a minore, non servatis solemnitatibus juris, tunc enim si postea ratificetur & approbetur contractus per minorem, non servatis solemnitatibus juris, tunc enim si postea ratificetur & approbetur contractus per minorem, vel illum, qui passus est dolum, ex tunc debetur Gabella, & non antea, & debetur Gabellario existentii tempore approbationis non vero primo, ita Lasarte ubi supra cap. 14. num. 37. & 38. quibus gloss. haec limitat.

Ibi, *Alcavalas*, quid sit & quare sic nominetur, quaestio est de nomine de qua per Parlador. libro 1. rer. quot. ca. 3. in pri. num. 20. cum sequentibus, & per Lasarte de decim. vend. in praxi. dist. & prefatione & per Gironda de Gabell. in praxi. dist. 1. que cum sit quaestio de nomine non est super ea insistentium.

Ibi, *Dellor se cobre*, verbum illud *dellor* ad venditores de quibus antea locuta est lex nostra refertur, & referendum est, eis enim jam ex lege nostra incumbit Gabellae solutio, nisi ubi aliud decisum reperitur, ut in hac dictum est lege.

Et qua actione petenda sit declarat Lasarte ubi supra capitulo septimo, num. 62. sed tu dic quod si de venditione facta est scriptura publica, coram tabellione, de qua secundum legem quaterni tenetur tabellio ipse praebare copiam Gabellario, virtute illius copiae peti Gabellarius executionem pro Gabella, in locis ubi ita consuetum est fieri, de qua consuetudine & stylo debet in processu consistare, aliter enim non fiet executio, sed via ordinaria petenda erit, sicut petitur cum nulla adest scriptura, de venditione.

Ibi, *De cada diez maravedis*, nota quod si ad decem usque non ascenderit Gabella non debetur, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. age cum Geminiano. C. de transacione. & fuit haec doctrina Bart. sic tenentis in l. ita autem, in pri. ff. de adm. tut. quem sequitur Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 7. num. 3. & Didaco Perez alios referens in l. 1. titulo 5. libro 1. ordina. pagina. 216. in fine. cum praes. sequentibus, ad legem nostram, etiam Lasarte in scholio legis nostrae super iis verbis ex singulis denis, aliud & male voluerit, ponderando ad hoc legem sequentem ibi, a respectu de diez uno, quasi voluerit lex in iis verbis dum respectum considerat, velle ut etiam ad decem non ascendat habitus de decem respectu solvatur, sed meo videtur id non consideravit lex illa, sed tantum ad permutationis Gabellam respectu solvendam, disponendo qualiter cum pretium in ea non intervenit numerabitur Gabella, & inquit quid ex affirmatione rei permutatae solvatur Gabella ex decem unum, bene tamen verum est quod si res vendatur plus quam pro decem, pura pro quindecim tunc solvatur integre Gabella pro decem, & ex illis quibusque habitus respectu ad decem debetur etiam Gabella, & prout quoties sit, sed si ad decem non attingit numerus res vendita nulla debetur Gabella, & hoc verius & tutius de ju-

re est, & morapetinus hodie & tunc efficit duarum blancarum summam, neque habemus corpus aliquod pecuniae quod maravedinus appelleretur, secundum Covar. de nummis, cap. 1. & eo allegato Lasarte hic super verbo maravedinus, & res est clara. Sed an euentes a Rege Gabellae populi alicujus possint recipere de decem unum vide per Magis. Lopez, in 1. part. instruct. conf. cap. 188. col. 2. voss. insuper cum sequenti. pag. 444. & Saloni. de inf. & jur. cap. 188. pag. 444. in fine. cum seq.

Ibi, *De todo el precio porque vendieren*, & sic nullis deductis expensis proxenatarum, aut alterius personae, non enim deducuntur, & verbum enim hoc, de todo, omnem deductionem excludere videtur, nam qui totum dicit nihil excludit, cap. si Romanorum. 19. dist. in silico maxime, ut advertit Parlador, ubi supra n. 10. etiam si de iure civili diversae essent opiniones, & in earum diversitate alii distinctione utebantur, sed ut inquit ibi Parlador, ex lege nostra in dubium est Gabellam deberi totius pretii pro quo res est vendita nullis deductis expensis, proxenatarum & subhastationum, ac similibus rerum, & hanc sequitur Lasarte, de decim. vend. cap. 16. in prin. & Gironda de Gabell. in praxi. dist. num. 11. & iterum in 5. part. num. 41. inquit tamen Parlador. ubi supra num. 12. sibi verum videtur quod si venditor ad licitationem calorem inflandum emptori licitanti aliquid promiserit, eo casu ex tali promissa (quod nos, promissio, appellamus, Itali vero *Avantagium* appellant) veligal non debetur, nam promissum hoc pretium diminuit, & consequenter de diminuto non est solvenda Gabella, quod secus est in impensis, haec enim pretium non diminuant, neque considerantur in pretii adjectione per emptorem, vel venditorem, & sic in eis non est eadem ratio, sicut in promissa, quod obstat. l. sexta, titulo decimo-tertio lib. isto supra, nam illic alia diversae ratione promissa computantur, & sic ex diversis non fit illatio, & ita tenet Parlador, contra Lasarte, ubi supra cap. 16. in fine. aliud volens, & male etiam in promissis, sed ut ibi asserit, praxis recepit opinionem Parladorii quod de promissis Gabella non solvitur. Sic neque solvitur ex censu imposto super res vendita si cum onere census illius vendatur, ut in hac lege dictum remanet item debetur Gabella de toto pretio venditionis, sive pretium sit, & iustum sive non, hoc enim ad silcum nihil artinet explicare an iustum sit necne pretium, modo valida sit venditio, & verum sit tamen venditionem fuisse contractam, de hoc enim consistere debet, alias enim non probabitur venditio, ut ex Pinelo inquit Lasarte in scholio ad nostram leg. num. 14.

Ibi, *vendieren*, & sic tantummodo consideratur pretium constitutum, non habita ratione, quod pretium minus solvatur propter onus venditionis appositum, & sic propter expensas proxenatarum, & subhastationum, ut dictum est, vel eo quod obicitur onus emptori, ut ultra pretium lib. erit alium si iam venditoris, qui erat obnoxius emptori pro solutione annua, que erat redimibilis certo pretio aut alias erat communis usu estimabile, secus si ex communi usu onus illud in pretium non erat resolvable, puta quia haberet emptor jus transcundi per praedium venditoris,

& tunc solvenda non est secundo Gabellario existenti tempore traditionis, sed illi, qui erat tempore venditionis & permutacionis, ut optime tenent Parlador. ubi supra, num. 31. & 34. cum Anton. Gomez ibi allegato, & contra Lafaree, sibi reprobat & merito & contra Gironda de Gabell. 9. part. 5. 10. num. 7. in fia. cum & ipsi asseruerint hodie, ut dixi non esse locum penitentie in contractibus innominatis & statim nasci actionem, sic dicere aliud est vacillare in eo quod pro constanti jam asseruerunt, non esse locum penitentie in innominatis neque in permutacione consensu perfecta licet traditio facta non sit, & sicut illud placet cum Parlad. ubi supra ita & placeat alio opinio ejusdem Lafaree, cap. 17. num. 8. & 9. contra Parlador. ibi allegatum male asserentem quod si vinum pro vino datur non debetur Gabella, quia censetur mutuum, fallitur enim Parlador, & bene asserit Lafaree tunc deberi Gabellam quia illud non est mutuum, cum idem quod datur non redatur, sed aliud, & consequenter est permutatio, vel saltem contractus innominatus do ut des, sive detur vinum novum pro alio novo, sive novum pro veteri, idque optime fundat Lafaree ex lege nostra, ibi. De novis casibus a veteri sententia, & no sententiam, neque in his ego ago neque tracto de promissione de permutando vel vendendo, de qua Gabella non debetur, & in qua torquent capita sua Parlador. ubi supra & Lafaree eam reperta in d. l. cap. 17. v. 35. cum sequitur. Sed agimus cum partes se concordaverant in permutacione, puta non promittendo de permutando, sed conveniendo inter se quod unus dar alteri talem rem suam pro tali alterius, & ille alter iudem promittit & consensit, tunc enim nulli dubium, quin ante traditionem contractus est perfectus & validus, neque penitere possunt, etiam si stipulationis verba non intercesserint nam ex d. l. 2. tit. 16. lib. 3. supra sublatam est forma stipulationis pro esse contractus, sed sufficit consensus perfectus, licet rei traditio non intercesserit, & idem operatur ac si stipulatio interveniret & consequenter debetur statim Gabella a permutantibus, & contrahentibus, unusquisque ex re sua, & estimacione ejus, & ita in effectu mature considerans tenet Lafaree d. l. cap. 17. num. 36. cum sequentibus. secus si promitteretur tantum de permutando vel vendendo rem aliquam: nam tunc nisi consisterit de vero partium consensu voluntariam permutacionem esse factam etiam ante traditionem, vel conventum de pretio venditionis, tunc utique non debetur Gabella, de tali promissione nulla de permutando vel vendendo, ut resolvit ipse Lafaree, ubi supra, num. 41. & Tiraq. late, de utroque retrahit. tit. 1. de Linagiel. §. 1. glof. 2. num. 36. & in tit. 2. de conventio. ad fin. in num. 42. cum pluribus sequentibus, & in l. 1. procedente num. 137. nisi secundum eundem Lafaree ibidem num. 42. postea de pretio conveniant, vel de re permutanda cum alia, vel traditio aut solutio facta sit vitare primam promissionis, etiam si de illa promissione mentio facta non sit, est tamen verum quod si de promissione de permutando, vel vendendo detur Gabella & solvatur, non debetur postea ex perfectione hujus promissionis secundum Bart. in l. 1. §. quoties, ff. de publicanis. lo-

cutum per Cassan. in consuet. Burgun. tit. de Gabellis, num. 10. Sed an ex transacione, & qui innominatus contractus est debetur Gabella, tangit Parlador, relatus & securus Lafaree d. l. cap. 17. num. 51. & inquit quod non debetur, nisi ita transactio fiat ut actor cedat omne jus quod in re litigiosa habet, & Gabellarius probet jus illud vere habere, nam ex sola transacione & cessione non fundaret Gabellarius justitiam suam, nisi probaret jus illud cessum vere & realiter cedens habere, vel probaret causam fraudandi Gabellam factam fuisse transacionem, vel litem motam ad occultandam veram permutacionem, seu venditionem, & sequitur hanc opinionem novissime Gironda de Gabell. 10. part. num. 1. cum sequentibus aliquibus, ubi allegat alios idem tenentes, & ibi, num. 2. & 5. inquit ipse Gironda transacionem hinc liberalem, caprosam prefumi. Sed an de compromisso debetur Gabella, & tenendum est non deberi, prout sine serupulo tenet Betachi. de Gabell. 8. part. 3. membro, num. 13. in fia. & eo relato Gironda de Gabell. 3. part. num. 10. sed an de donatione & debetur, & dicendum est minime deberi, nisi pretium intercedat, nam tunc praestatur emptio & venditio & fraudulentur sub specie donationis palliari venditionem, ut apparet ex tax. in l. 11. infra de iur. & lib. & late defendit alios allegans Gironda ubi supra part. 11. num. 10. cum sequentibus, & latius duas communes propositiones tenet Minch. controver. s. infra, cap. 11. num. 17. cum sequentibus, & cum ea d. l. 1. 11. inf. a eodem, id approbetur nihil est dubitandum de hoc, sed quid si est donatio remuneratoria, & non talem deberi ex ea Gabellam, late defendit Lafaree, ibi supra cap. 17. num. 52. ubi num. 54. non idem esse ait in donatione recipere & vicissitudinaria, & in qua tu mili donas domum & ego vice versa dono tibi fundum, nam haec permutacioni assimilatur, & videtur in fraudem permutacionis nominati donationem, & sic debetur ex ea Gabella, ex text. in d. l. 1. 11. infra de iur. & lib. nisi probaretur absque ulla fraude id factum esse, ut advertit & exemplificat ipse Lafaree, in eodem num. 54. vers. verum tamen est, & ibi in dubio inquit, in iis casibus fraudem praesumi, ex d. l. 1. 11. nisi contra probetur, sed bonus iudex id arbitrabitur ex contractibus & verbis eorum & causis mediis ad illos faciendos. Sed an de fideiussione debetur Gabella, & deberi ex eo quod inter contractus numeretur, asserbat Bald. in l. 1. volum. penult. ff. si cert. per. & Tiraquel. post leges conub. glof. 1. v. m. 105. contrariam vero partem, imo quod ex ea non debetur, tenet Ripa in eadem l. 1. num. 59. ff. si cert. per. & hanc veriore & benigniorem appellat & sequitur Mincha, ubi supra num. 22. nam verba legis per prius & non postea intelligenda sunt. l. hoc legatum, de legat. 3. unde verba legis solvete jubentis Gabellam ex contractu de primario contractu, & non de secundario, prout est fideiussio, intelligenda sunt, item quia proprie fideiussio non est contractus, & quia licet ipse fideiussor obligetur, tamen non obligatur is qui eum recepit, vel in cuius utilitatem fideiussit. l. Labia, §. contractum, ff. de verb. sign. & sic potius ut Gabella non debeatur iudicandum est, ut

ut tenet Ripa in l. 1. num. 59. ff. si cert. per. contra Bald. relatum per Tiraq. in §. leg. comm. num. 101. sed quid erit si principalis debitor, & sic ex primario contractu Gabella non debetur, an debetur ex fideiussione, & prout in facto vidi discussum, nomen quod clericus presbiter imposuit centum redimibilem super bonis suis specialiter designatis & dedit laicum Petrum in fideiussorem, qui quidem Petrus tanquam fideiussor se principalis debitor infum & de mancoman & in solidum se obligavit bona sua specialiter & generaliter, subitatum fuit an fideiussor deberet Gabellam, jam quod principalis tanquam exemptus eam non deberet, & quod fideiussor ad solutionem ejus teneretur, allegabatur quod fideiussio est contractus, ut dixi licet improprie, item quod ipse fideiussor cum in solidum & ut principalis se obligaverit & bona specialiter hypothecaverit, ea in ea quantitate vendidisse censebatur, sicut si bona sua quis venderet pro satisfaciendo debito amici sui Gabellam deberet, ita in hoc casu, pro contraria vero parte allegabatur quod fideiussio non est proprie contractus & sic de eo non debet solvi, & quia id quod est principalis erat attendendum, & sic primariam obligationem debitoris veri & realis, & quod restitigenda est Gabellariorum cupiditas, item & fortius, quia cum principalis clericus in sacris sit & consequenter exemptus a Gabella, si ejus fideiussor compelleretur eam solvere, necessario principalis, qui obligatus est fideiussorem suum indemnem servare, compulsus esset ad solutionem Gabellae illius, & efficeretur ut id quod una via esset prohibitum, alia permitteretur, contra regulam juris quod cum quid una via prohibetur, ad id alia non debet admitti, item privilegium etiam minoris pro quo quis fideiussor, prodest fideiussori, quoties fideiussor ipse habet regressum contra minorem, & ut per glof. & Alber. in l. 2. C. si advers. denario. ergo in nostro casu uti potest fideiussor privilegio principalis concesso, ut non teneatur ad Gabellae solutionem, praestatum cum fideiussor obligari non possit in durioribus causam quam principalis. l. Graecia §. fia. ff. de fideiuss. & Lafaree ubi supra cap. 8. num. 12. hic autem si Gabellam deberet solvere fideiussor obligaretur in majori quantitate quam principalis, ergo habemus intentum, & contrarius prime opinionis ex supra dictis responderi potest, scilicet quod primarius contractus est inspicendus non secundarius, sed in primario non debetur Gabella, ergo neque in secundario qui a primario denominatur & derivatur quia fideiussio est accessio & obligacionis principalis, §. fideiussor in §. de fideiuss. accessorium autem sequitur naturam sui principalis, ergo neque est donum argumentum, cum quis vendit bona sua, ut solvat Titus suus amicus debita sua, nam in hoc casu ille venditor non vendit ut fideiussor, & sic est dissimile argumentum, & sic in practica & in facto deservit hanc secundam opinionem, quae vera mihi semper visa fuit, licet apud iudicem inferioriorem penes quem lis agnabatur non potui obtinere, sed inferioris iudicium mihi non satisfacit, nisi superiorum sententiam viderem, quae praclari non potuit, quia non fuit appellatum, sed transacione cre-

do fuisse litem sopitam cum Gabellario, cum casus occurreret quilibet melius penitabit. Est tamen verum quod si fraus adesset ut pote quia licet clericus fingeret se principalem cum in effectu non esset, sed fideiussor ipse quia nunquam pro censu daret in utilitatem fideiussoris fuerunt conversi, vel ipse recepit eos, tunc nimiam quod Gabellam solvat fideiussor, ne dolus & fraus et patrocineretur contra regulam juris. Sed an deliberate & manumissione debeatur Gabella, & dicendum est, quod si pretium pro libertate & manumissione intervenit pretii illius debetur, vel si res aliqua in compenacionem & satisfacionem libertatis data est, debetur ex estimacione rei illius, quia venditio, vel permutacioni assimilatur, ut inquit Gironda de Gabell. in §. per t. §. 1. n. 1. cum pluribus sequentibus. Anceps tamen questio est, num ex distractu Gabella & debetur, nam aliqui tenent deberi ex distractu Gabellam, eo quod contractus est, ut tenent relati per Tiraq. & per Minch. contraver. usu frequent. cap. 11. num. 19. Contrariam tamen imo quod non debetur ex distractu Gabella eo quod non proprie, sed improprie, & large distractus veniat appellacione contractus l. omni. C. de omni. agro. distor. lib. 11. & Gabella ut res odiosa non est extendenda ultra contractum verum & proprium, tenent Bart. & alii plures relati per Minchiam. ubi supra, num. 15. ubi num. 20. inquit in eo tantum, quod licet esse quando sit proprie, dicaturque distractus, nam quoties id quod agitur nullam producit obligationem, sed potius antea natam perimit, proprie distractus est & neque inde Gabella debetur, ita ut si emi ab ea fundum, qui contractus sola conventionione perficitur, per legem consensu, ff. de actio. & oblig. & inf. de empt. & vendit. & in hoc tit. remanet dictum, & ante pretium solutum, & rem usitatum convenit ut ab emptione discederemus, preterea saltem utpe exceptionis, ut potest re integrari prior obligatio est nec ulla denuo nascitur, licet ex tali distractu Gabella non debetur, quod si aliquo addito, distracto, vel mutato circa rem, aut pretium convenisset, jam quasi novus contractus esse videretur, sicque deberetur Gabella, acipim. l. ab emptione, ff. de pact. in ult. in respon. & in l. iur. exv. ff. de iustitia & iur. ubi in simili, per glof. & Jaf. post alios, denique (ut certior sit) aut post emptionem conventionione tantum celebratam, uterque contractuum experire, aut alter tantum aut nullus, si uterque, & convenit ut ab emptione discederetur ex intervallo, jam quasi novus contractus esse videtur, & ex eo debetur Gabella, ut tenet glof. cum qua videtur in traditio DD. in l. 1. C. quando lic. ad empt. distor. aut in continenti post quam hinc inde impletum est, convenit ut pretium numeratum redderetur, & res tradita restitueretur venditori, & licet dubium sit an novus contractus videatur, tamen magis est ut primus contractus infectus reddi non novus fieri videatur, ut in d. l. 1. ad fin. sicque Gabella non debetur ex hoc distractu, licet ex primo contractu deberi non desinat, ut & tenet Paul. num. 10. ubi Angel. columna, s. in d. l. si ab emptione. Secundo casu quando alter contrahentium non etiam uterque impleverat

rat, & conuenit ut ab emptione discederet non tam nouus contractus fieri quam primus infectus reddi videtur argum. dist. 1. ab emptione, ver. arsiham, sic quod ex hoc distractu Gabella non debeatur, tertio casu cum nonum uterque neque etiam alter impleverat, & conuenit ut ab emptione discederet indubitanter nouus contractus non fieri sed primus infectus reddi videtur ut dist. 1. ab emptione, 1. Resp. & l. 1. C. quando liceat ab emptione disced. & §. in. inst. quib. mod. col. obig. & consequenter ex isto distractu Gabella non debeatur, licet ex primo contractu in omnibus casibus Gabella debeatur ut videtur esse dicit Tiraque. de veritat. conuen. §. 6. gl. 2. num. 12. in fin. & n. 13. eademque distinctio in contractibus incommutatis facienda est quoad hoc ut non debeatur Gabella ex distractu. Ita Mincha. n. 1. supra. & in eadem sententia videtur esse Gironda de Gabell. §. part. in prin. num. 13. clarus dicens quod si incontinenti per statim & abiq. intervallo contractus ad venditionem discedant Gabella non debetur, si tamen ex intervallo & post rei traditionem discesserit, Gabella debetur ex distractu, & ibi ita DD. tenere in dist. 1. ab emptione asserit, sed eius secundum membrum intelligendum est ut procedat nisi ex precedenti pactione descendat voluntas per discedendi a contractu, nam tunc etiam discedatur ab eo ex intervallo & pretio dato vel re tradita, nulla ex distractu debetur Gabella, prout in consuetudine reddimus, ex dicitur per Tiraque. de veritat. conuen. §. 1. gl. 1. & iterum ibi in §. 6. gl. 2. num. 13. Sed contra hoc omnia ipse Gironda ibidem inquit omnes DD. ab eo allegatos tenentes supra dicta, affirmare quod quando contractus celebratus fuit mutuo consensu contrahentium, licet res vendita non tradatur, & contrahentium discesserit interuentu, & sequatur, Gabellam ea tali venditione & contractu deberi, & in prejudicium iuris jam quatuor Gabellario discessus partium nihil obesse potest, & hoc nulli dubium, sed de hoc hic non tractamus, sed tantum an de discessu & distractu Gabella debeatur, & in hoc remanet cum dicta distinctione, ipsi tamen non determinant quando incontinenti & quando ex intervallo dicantur partes recessisse a contractu, 38 in quo consistit tota veritas hujus dubitationis, an de distractu Gabella debeatur, & in hoc dico quod tunc dicitur in continenti, vel ex intervallo, quod partes non diuertunt ad extraneos actus, nam tunc incontinenti dicitur, scilicet si ad extraneos diuertunt, quoniam tunc dicitur ex intervallo, ita Tiraque. de veritat. conuen. §. 6. gl. 2. num. 11. in fin. cum ergo partes conueniant de venditione & pretio, ita ut venditio facta sit, non tamen inde recesserint, sed adhuc de venditione facti retractantes recedunt ab ea tunc quia in continenti dicitur factum, ex discessu, & distractu non debetur Gabella, nam etiam contractus perfectus non capit conditionem ex l. per fidei. C. de condi. qua sub neg. verum tamen multi tenent quod etiam contractus absoluto, si fiat incontinenti modo contrahentes alio non diuertent, pactum post factum inesse contractui, & apud omnes in confesso est, ut in dubio censetur pacte non habuisse contractum pro perfecto, si non tamen diuertent ad extraneos actus secundum Tiraque. de veritat. conuen.

§. 1. gl. 1. num. 25. & consequenter in nostrum propositum etiam recedat a contractu absoluto dum tamen sit incontinenti non recedendo ad extraneos actus, nulla ex distractu debetur Gabella, sed si ad extraneos actus discesserint, tunc si jam erat venditio perfecta, si ab ea discedunt debetur etiam ex discessu & distractu nova Gabella, quia jam duo videntur contractus & due emptiones, & sic due debentur Gabellae, una ex prima venditione & contractu iam absoluto, alia ex secundo, in quo disceditur a primo & ceterum eisdem rei venditio facta, ut inquit Tiraque. §. 6. gl. 2. num. 12. & prius in de veritat. Lingier. d. §. 1. gl. 2. num. 41. maxime quia licet quantum ad eos qui principaliter contrahunt (sine veritatis prejudicio) non dicatur distractus hic nouus & nova venditio, quia mutuo consensu potuerunt a primo discedere, tamen in prejudicium alterius tenent, & sic fieri & ejus Gabellari, non sic, ut inquit Tiraque. de conuentione. d. §. 1. gl. 2. num. 26. & post leges consiliales. gl. 5. n. 29. & post hanc scripta vidi Joan. Parlad. lib. 1. ver. quatuor. cap. 3. §. 4. num. 1. cum sequentibus, qui tenentem, & consequenter resultat ex his, quod cum venditio sit perfecta & irrevocabilis statim quod partes de pretio conueniunt, etiam non soluto pretio, imo & permutatio re non tradita, si teneamus opinionem, de qua supra diximus quod in contractibus incommutatis etiam re integra hodie non est locus penitentiae, si partes discedunt ad extraneos actus, & sic ex intervallo discedunt a venditione & permutatio jam perfecta & irrevocabili, debentur etiam Gabellam ex discessu hoc, quia nouus est contractus, & in prejudicium fieri non potest dici distractus, cum non sit in potestate partium illam in prejudicium alterius nominare distractum, sed licet nouus contractus & nova venditio, nisi ut diximus, ex precedenti prima venditione liceret recedere a contractu, & redimere illam, nam tunc ex recessu non deberetur nova Gabella, quia non est novus contractus sed prioris conventionis executivus, que notabis quia sic non reperies, & dum casus occurreret cogitabis, nam hac est materia multarum opinionum, in qua seipsum esse iudico iudicium proferre determinate, praesertim attentis distinctionibus supra positis in hac materia per Minch. & Gironda supra allegatos, & sic a me addita potius gratia disputationis adhaere videri volo, quam determinationis, maxime cum ipsi Mincha. & Gironda dicant ejus distinctiones a DD. sequi, nec volo esse novarum opinionum inventor, praesertim in favorem Gabellarium qui multum extendunt cupiditates suas. Sed quid si emptio facta sit, iuxta titulum de in diem adjectione, scilicet ut si melior conditio allata sit, an duplex Gabella debeatur, una ex primo contractu, alia ex posteriore, transferunt enim venditio l. cum qui venditiam statuat, ff. de in diem adjectione, & magis est ut Gabella debeatur ex priori venditione, quae non conditionalis fuit sed pura, licet sub conditione solvi possit, quemadmodum hominem marum fuisse non negamus licet postea moriatur. l. 1. §. 2. §. 4. ff. de in diem ad. §. gl. 1. §. 13. ubi omnes ex posteriori autem resolutione maxime debebitur, quia nova est novus contractus, sed qui prior erat transferre de persona una in alteram personam, ex d. l. cum qui

qui. ver. transferatur, & quod transferatur idem adhuc esse intelligitur. l. filio quem ff. de lib. & post. idemque eadem ratione si venditio fuit sub pacto legis commissoria, §. argum. l. 1. §. 2. ff. de leg. commiss. & tunc debetur Gabella ex prioris pacto allato, non vero ex primo minori, & hoc ne detur occasio fraudandi Gabellam, ut omnia haec asserit Mincha. d. cap. 11. num. 21. quem refert Gironda de Gabell. §. part. in prin. num. 20. cum sequentibus, ubi hoc intelligit quoties verbis directis pactum hoc legis commissoriae, vel adjectionis in diem factum fuerit, secus si verbis obliquis, & ita inquit intelligendos contrarium tenentes, quos ibi n. 29. allegat, & quibus verbis fiat pactum in diem adjectionis, vel legis commissoriae, §. vide per l. 40. §. 42. tit. 5. part. 5. ubi ipse Gironda n. 30. tractat, an de retroventu dendo debeatur duplex Gabella, & inquit quod sic, cum aliis ibi relatis. Ibi, Quae se habent, Et sic traditis hinc inde rebus, ut in permutacionibus & incommutatis contractibus requiritur pro eorum perfectione, ex l. 1. §. 1. per totum ff. C. de ver. per. & ex dictis in gl. precedenti, & per Lafarte de decim. vend. c. 17. num. 1. & non dicitur aliquid perfectum si quid restat faciendum, ut alibi diximus, sed cum ut in precedenti gl. diximus, ex l. 1. tit. 16. lib. 5. supra, qualitercunque appareat quem voluisse obligare, remanet obligatus ac si per stipulationem & ea mediante contraheret, ex solo consensu, licet res tradita non sit, remanet efficaciter quis obligatus, & sic ante traditionem Gabella debetur, ut in precedenti gl. diximus, & tunc verba haec hinc inde, Verificari possunt ut factum dicatur, quoties consensu perfecto factus est contractus permutacionis, vel incommutatus aliquis, puta si partes jam consenserunt inter se, ut res talis pro tali daretur, tunc enim quia nulla alia perfectior forma ex d. l. 2. requiritur, pro vera obligatione, ex tunc debetur Gabella. Ibi, Semper tunc, & non semper tunc, Ex his verbis iure optimo Lafarte. d. cap. 17. num. 8. & 9. reprobatur Parlad. dicentem, quod cum vinum pro vino datur non debetur Gabella, quia consistitur mutuum, nam hic est text. clarus contra hanc doctrinam, quoties saltem continenti unum pro alio datur & in gl. inq. precedentente iterum diximus, quasi diceret quis, unum mihi tot amphoras vini, quas tibi reddam ad vinum novum, tunc enim quia mutuum tunc videtur non debetur Gabella, secus cum statim unum vinum pro alio datur, quia tunc non consistitur mutuum sed permutatio, & sic Gabella debetur. Ibi, Que de todo se pague alcavalas Sed quomodo solvetur, in verbis sequentibus declaratur dum dicit lex, Siendo cada cosa apreciada por lo que vale. Ex quibus colligitur, quod unumquodque permutantium solvet Gabellam de re sua per appreciata per aestimatores postpositos a iudice, vel per ipsum iudicem, non vero est solvenda Gabella ut dicebat Lafarte. d. c. 17. num. 3. ver. Secundo nota, scilicet quod de re tua appreciata quam mihi das, ego solvam Gabellam, quasi appetitum illud fiat loco pretii pro re mea dati, sed modo videi fallitur, quoniam si emptorem oneravimus ad solutionem Gabellae quod fieri non potest ex

l. 1. supra eod. Sed quod clarus est & verius, scilicet, quod ego de re mea appreciata, & tu de tua appreciata solvas Gabellam: quia sic revertitur ad similitudinem emptiois, quia ego qui permuto venditor esse videor rei meae pro tua, & tu similiter ex tua, aliter enim loqueretur contra legem nostram, & sic intencus Lafarte nisi supra, si id non voluit non mihi quadrat, & contra text. nostrum est, & tandem ipsemet Lafarte ibidem num. 16. ita tandem voluit, ubi num. 17. inquit quod cavatio per partes permutantes non est attendenda, sed aestimatio est facienda, aliter enim faciliter fraudari posset Gabellarius per partes permutantes, & possit scripta reperi Parlad. lib. 1. ver. quatuor. cap. 3. §. 7. num. 5. reprobantem Lafarte dist. cap. 17. num. 18. Ibi, Siendo cada una cosa apreciada, sed quid si una carum sit inestimabilis, tunc dicendum est Gabellam ex ea parte solvi non debere, ut inquit Monal. in reprob. ver. alcavala, & eo relato. Lafarte. dist. cap. 17. num. 18. ea ratione, quia eo in casu legis verba deficiunt, & ubi legis verba non conveniunt, deficiat ejus dispositio, ex l. quid constitutum. ff. de testam. milit. & in cap. ad nostram et. 2. de iure iurando & in cap. indemnitate. §. penult. de electione in 6. plura per Joan. Imol. in l. 4. §. prator. et. num. 11. & ibi Angel. sub §. toties num. 1. ff. de dam. infectis. prout exemplificat in eo, qui dedit rem suam pro iure sepulchri, quia sacra & religiosa non recipiunt aestimationem, quam sententiam sibi placere inquit Lafarte in dist. num. 18. & addit plus in proposito, scilicet, quod in hoc casu cum datur res inestimabilis pro aestimabili, nullus ex contrahentibus solvet Gabellam, & hoc asserit quoniam ipse ibidem num. 3. ver. secundo nota, ponit novam formam solvendi Gabellam ex permutacione, quam formam in glossa precedente reprobo, quia est contra legem nostram, & inconvenientia ibi per cum posita nihil obstat, nam unumquodque ex permutantibus, credendum est, quod se decipi in permutacione non patietur, & ei dici potest, amice disce cautius negotiari, & sic in hoc casu ille qui dat rem aestimabilem pro aestimabili solvet Gabellam ex re sua, neque est excusandus ob rei inestimabilis receptionem, sicut neque excusaretur si contrahens cum eo esset exemptus a solutione Gabellae, nam ipse exemptus excusabitur, a Gabellae rei suae & non exemptus tunc cum exempto permutans solvet Gabellam ex re sua, nam aestimatio, quam hic faciendam esse jubet lex nostra, non fit ut per eam permutacionis contractus transeat in emptiois & venditionis contractum, sed tantum ut iudex verificet quantum valeat unaquaque res permutata, ut Gabella ex aestimatione cuiuslibet solvatur, & sic veram non reposito opinionem Lafarte, supra relatum in glossa precedenti & hanc quam in hac glossa dictam est tenere, ut excusetur etiam permutans non exemptus a Gabellae solutione si contrahat cum non exempto, vel permutate rem aestimabilem cum inestimabili. Ibi, por lo que vale, & sic pro iusto rei pretio quod aestimabitur iuxta l. pretia veram. ff. ad leg. Falcid. & ex dictis per Did. Pecca in l. 2. tit. 23. libro secundo ordin. & Dicitur regna

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD NOMA GENERAL DE

®

34. & eis relatis Lazarte in scholio ad hanc legem. num. 5. in fin.

Ibi. O arto homine tueno, cum verbum, arto, sit similia repetitum, & hanc verba de bono viro loquantur, manifeste colligitur hic esse text. probantem iudicem esse bonum virum ut & probatur ex l. continue §. cum ita ff. de verborum obligatione, & iudex hic erit ille, qui preest in loco, in quo bona permutata existunt, vel in ejus Gabellario, etiam si iudex pedaneus, nam & hic de Gabellarum negotiis cognoscere potest, ex l. 1. tituli 9. libro tertio supra, & ideo ipse estimatorem hunc nominare poterit, & sufficit ex text. nostro in hac materia unus estimator, licet regulariter duo estimatores requirantur, & eligendi sunt per teat. in Authentica de non alienand. per permutationem. §. quod actum ibi, dicitur per estimationem collatione. 2. si modo liberi queant in loco, juxta notata per Anton. Gomez 3. tom. capitulo tertio, num. 28. & Bernad. Diaz, regul. 46. 1. & ibi Addition. & sic est hic exlus specialis ubi unus estimator eligitur, & ubi uni testi creditur & ejus dictum pro plena probatione habetur, pro limitatione dictorum per gl. Bart. & DD. in l. Theopompus ff. de dot. prae. dicentium unius testimonium semiplenam non vero plenam facere probationem, de quo per Covar. varar. libro secundo, capitulo. 13. numero primo, ubi ex l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. & ex Bart. in dist. l. Theopompus, num. septimo, inquit hunc estimatorem jurare debere pro estimatione facienda, neque ad hanc estimationem cum ex consensu partium approbata est persona estimatoris, erit necessaria partis citatio ex dictis ibi per Covar. numero quinto, licet sic ad electionem ejus faciendam per iudicem, ut ibi per Covar. conclusio sexta, eo quod possit pars adversus electum aliquid opponere, licet secundum cum ibi, si citatio haec non fiat, praescriptum est, non ex hoc nullam declarari electionem, cum statim prius quam electus & nominatus rem ipsam declaret & examinet, lucis nota sit litigantibus ejus electio, ac liberum sit eam iustis ex causis reprobare, sed cum a solo iudice nominandus est estimator hic, (& non ex partium consensu) licet admittamus electionem & nominationem ejus fieri posse absente parte, & non citata, tamen necessum est eam vocari vel presentem esse cum a iudice nominatus juramentum praestet capitulo secundo, de reffibus. Covar. ubi supra conclusio septima, licet et ibi, numero octavo, conclusio sexta, citatio haec non requiratur ad prolationem

51 iudicii, sed estimator ipso proferendi, & si estimator hic inique estimaverit & arbitratus fuerit, tunc poterit per legem reducionem ad arbitrium boni viri, ex text. in l. si liberus ita juraverit. ff. de oper. liber. notat in propositum Lazarte in scholio ad hanc legem numero octavo, ubi bene inquit in nostra materia quemcumque excessum dare locum huic reducioni, quia lex nostra vult res estimandas esse in vero valore, ubi appropria per lo que vale, quodcumque ergo damnium sive ex parte pronunciantis, sive Gabellarum vel fisci reparari debet, & estimator ipse tenetur ad damnum, secundum Aviles capi-

cul. 18. p. rat. numero tertio, & sic etiam in nostra materia si iudex ipse velit estimationem hanc facere, & ipse eam fecerit (ut in nostra lege ei permittitur) poterit ab ejus declaratione & estimatione appellari, ex dictis per Covar. 53 disto libro secundo varar. cap. 12. num. 3. & 5.

Ibi, A quibus et dicto iudex lo cometeri, extra materiam nostrae legis estimator hic non a iudice sed a partibus est eligendus, vel unaquaeque pars debet suum estimatorem eligere, idque ita iudex fieri jubet reservans sibi nominationem in defectum partis cujusque, & tertii quoque in casum discordiae, coquo iure utimur quotidie ut notat Joan. Gar. de expensis capitulo suo. num. 18. & Lazarte hic, numero nono.

IN LEGEM TERTIAM.

1. Consuetudo facilliter admittitur in modo & forma solvendi Gabellam, & ibi qua consuetudo sufficit cum num. 2.
2. Tempus immemorabile requiritur ad praescribendam ius Gabella.
3. Consuetudinem de qua in nostro text non est verisimile probare, sed allegare eam sufficit & n. 4.

SUMMARIUM.

Ex oleo Hispani venditis Gabella medietatem solvit emptor, & aliam medietatem venditor.

Ibi, Significando, Junctis verbis, lo que en ella siempre se ha usado, ex iis verbis notabis, quod in modo & forma solvendi Gabellam facilliter admittitur consuetudo, ex eo quod Regi nullam sit praesudicium, nam et res solvitur Gabella, licet inter duos ejus solutio, de consuetudine dividatur, ut hic, & in hoc ordinata consuetudo sufficeret, quia hic non agitur de prescriptione juris, sed de interpretatione illud solvendi, ad quam efficiendam, tempus decem annorum sufficit, & secundum Paul. consilia trecentesimo-quadragesimo septimo, num. decimo-quarto, & 15. relatum per Molin. de primogeniti. libro secundo, capitulo sexto, num. 58. sed ad praescribendum jus & immunitatem solvendi Gabellam immemorabile tempus requireretur ut diximus in lege prima, tit. 15. num. 52. libro quarto supra, sed an de consuetudine haec Hispanensi debet constare ut secundum tenorem nostrae legis fiat, dic quod non debet de ea fieri probatio, quia licet de relato apparere debet ut dispositio referens se ad illud, locum habeat ex text. & ejus materia in Authentica si quis in aliquo documento, C. de edend. tamen hoc fallit & non procedit, quoties per legem ordinatur, referentem tenorem consuetudinis ut inquit Jaf. in l. iura, l. admonendi, numero vigesimo octavo, & iterum in repetitione in numero vigesimo octavo, cum sequentibus, ff. de iure-jurando, & sic debent declarari dicta per Antonium Gomez. l. prima Tauri, num. 11. ubi novissimum Cervantes de iis agit.

Ibi, El comprador la otra mitad, ad limitationem legis primae supra eodem, dispositionis venditoribus incumbens solutionem Gabellae ubi late diximus.

IN LEGEM QUARTAM.

1. Lex haec quarta declarativa est legis praecedentis.
2. Rex de jure nisi lege sua id exprimeret, non esset liber a Gabella solutione.

SUMMARIUM.

Ex oleo Hispani a Rege vendito emptor solvit dimidiatam medietatem Gabellae, aliam vero dimidiatam Rex non solvit, quia ipse liber est a solutione Gabellae.

Ibi, Se entienda y guarde, & sic lex nostra est limitativa praecedentis in hoc scilicet, quod licet in praecedenti lege dictum sit ex venditione olei Gabella facta, venditor & emptor per dimidium solvant Gabellam, hoc verum est in personis privatis & particularibus, non vero in ipso Rege oleum suum Hispani vendente, in eo enim solum emptor dimidiam solvit, Rex vero nihil solvit.

Ibi, Pero no somos francos de pagar alcavala, similis est text. in leg. tertia, tituli sequentis, quae hoc solum disponit, & nisi leges hoc disposuissent, neque Rex ipse vel filius ejus liberi essent praesolutione hac, secundum Bart. & ejus Addition. in lege prima, numero sexto, C. de navicis, libro decimo, de quo alia dicemus in dicta lege tertia ubi est propria.

IN LEGEM QUINTAM.

1. Mobilium appellatione se moventia & contra continentur, nisi de contraria dispositione voluntate appareat, num. 1. vel nisi uti num. 3. & 4. exemplificatur.
 2. Mobilium, sive immobilium appellatione in omnium jurium & aliorum & nomina debitorum, n. 5. & an sint species separatae, n. 6. & n. 7. quomodo differant substantia, natura, & effectu.
 3. Gabella an debeatur ex venditione, vel cessante jurem, num. 8. & sic nisi antiquo receptum dicitur, num. 9. quod Gabella non debeatur nisi ex corporali vel reali venditione, & num. 11. cum sequentibus haec examinamus.
 4. Gabella non debetur ex jurebus urbanorum & rusticorum praediorum, num. 9.
 5. Gabella non debetur ex venditione officiarum publicorum, quia nihil corporale vel reale venditur, sed ius quoddam, num. 10.
 6. Actio talis iudicatur qualis est res ad quam competit, num. 11. & ipsius rei naturam & qualitatem assunt, n. 11.
 7. Auctoritas resolutio circa questionem an ex jurebus vel nominibus debitorum cessis, vel venditis Gabella debeatur, num. 12.
 8. Gabella an debeatur ex hereditate vendita, n. 14.
 9. Gabella an debeatur ex jurebus retis piscium vel avium, num. 15.
 10. Gabella venditionis ipsorum jurium & actionum in quo loco debeatur, num. 16.
 11. Frustrum an computentur inter mobilia, vel veniant mobilium appellatione, num. 17. & 20.
 12. Camerae & lapidae & alia signa semota a domo mobilia reputantur, num. 18.
 13. Pisces in stagno inter mobilia computantur, secus si sunt semoti ab stagno, num. 19.
- Agenda in Recopilacione. Tom. VI.

14. Arborea stantes quae ut separantur venditae sunt mobilia appellatione comprehenduntur, n. 21.
15. Passiva an veniant saltem in frandem legis, vel partis, num. 22.
16. Lex nostra in praesenti in quatuor dividitur partibus, num. 23.
17. Lex nostra prima conclusio, num. 24. ubi & secunda conclusio ponitur.
18. Gabella debetur in loco venditionis ubi res tunc aderat, etiam si facta venditio alibi transferatur, num. 25.
19. Gabella non debetur in loco ubi adeo tempore venditionis si locus liber erat, nisi fraudulenter appareat ubi postquam, num. 26.
20. Tertia conclusio nostri text. ponitur in n. 26.
21. Gabella ubi debebitur si nullibi res vendita tradatur, num. 26.
22. Quarta conclusio ponitur in eod. num. 26. num. 27. ex ea unum necum deservit Auctor.
23. Gabella an debeatur ex re vendita, quae in alio regno aderat, si ibidem traditio conficiatur, num. 28. & 29. cum veniunt extra Regnum res existentes intra illud.
24. Perba, Entregandose en el, Nostra legis, ad quid opponantur, num. 30.

SUMMARIUM.

Gabella honorum mobilium & se moventium ubi & in quo loco solvenda est si in diversis locis venditio & traditio fiat.

Ibi, Muebar dadas acaten. Pro quibus dubiis selandis leges multoties constituantur, ut amplius dubitandi locus non relinquatur, & si sic fieret quam plures evitarentur lites si in opinionibus doctorum contrarietas haec legali dispositione sedaretur, prout faciendum aliquando consului in l. 7. titulo primo, libro secundo supra, ubi aliquot casus rectuli, & alios duos refert Ant. Thel. in decis. Pedan. 128. n. 1. & 6.

Ibi, De los bienes muebles y movientes. Superflue videat hic legislatores loqui, nam mobilia appellatione, quae sunt illa, quae per se se moveri non possunt, sed per alium, moventia, quae sunt ea quae per se moventur ut animalia, continentur, & contra moventium appellatione mobilia etiam continentur, ex text. in l. moventium, 93. ff. de verborum significat. qui DD. maxime Rebus superflue hic ambo opponuntur, cum unum apponere sufficeret, facilliter tamen, hanc superfluitatis objectionem elides, & evitabis, si dixeris, quod si ambo haec dictiones non apponerentur, dubitari posset an esset de legislatoris voluntate mobilia appellatione, moventia comprehendere necne, cum de jure sit, quod moventium & mobilia appellatione idem significet, nisi de contraria dispositione sit voluntate appareat, quae ex dispositione elici potest, ut plene consuluisti Deci. consilia, 653. & Rebus ubi supra pagina, 561. & ne de hac dubitaretur voluntate, & litibus antea preberetur, fuit utrumque in praesenti expressum, item & secundo excusatur superfluitas ex eo quod cum mobilia & se moventia in una & eadem dispositione separatim profertur, tunc unum appellatione alterius non venit, sed alioque superflue fuisse expressum, per leg. a Divo pio. §. in venditione, ff. de re judic. §. si filii familiar. C. si familia

mobilia hereditaria, & exaltione. C. de rei necor. actione. in rebus. ff. de jure dot. lege secunda. §. primo ibi, mobilia vel se moventes. C. quando, & qui, quar. pars debeat. lib. 1. l. 1. in p. ff. de adl. unde si quis separatum uno donaret res mobiles, alterius moventes, tunc quoque facienda est hac dist. ita Rebus. dist. pag. 567. ubi & alio modo hac limitat, scilicet, cum communis usus loquendi esset in contrarium, ut quia uno nomine mobilia vocarentur, alio moventia, tunc enim dispositiones secundum hujusmodi usum forent interpretande. Sed in mobilium & immobilium appellatione veniant jura & actiones, & nomina debitorum, & gl. in dist. l. mobilium arguit pro & contra, Rebus tamen, ibi in dist. pag. 561. in medio inquit, non continet, quia nec mobilia, nec immobilia sunt, sed jura sunt incorporalia, que nec tangi nec moveri possunt, quamobrem non mobilia, neque immobilia sunt. l. 1. ff. de ver. div. & inst. de reb. corp. & incorp. text. expressus in l. quam Titulorum. §. si ff. de pecul. ibi, hanc amplius. & nomina debitorum l. si mihi, de leg. 3. & sic nomina debitorum erunt species separata à mobilibus & immobilibus. §. 1. ff. pro socio. l. ca. C. famul. heredit. & sic non circumscribuntur loco sicut alia bona, l. si facit commissum. §. 1. ff. de judi. l. Causa, de leg. 2. l. quatuor. §. 1. de leg. 3. ita Rebus, ubi supra, ubi ex hoc inquit jura & nomina debitorum differre à mobilibus & immobilibus substantia, natura, & effectu, primo, quia substantia jurius est indivisibilis & incorporea, mobilium & immobilium, divisibilis & corporea, natura mobilium est, ut possideri possunt, jurius non itidem. Effectus diversus est, nam res mobiles triennio usucapiuntur, immobiles longo tempore, jura vero sunt perpetua & non prescribuntur ante triginta annos, ex quo plura ibidem Rebus inserti, p. sequent. 562. & limitat & declarat aliquibus modis, que per ipsum videri possunt, sed quoad nostrum propositum haec sufficiant, sed cum lex nostra & leges precedentes de venditione rerum immobilium seu moventium locuta sunt, ut ex tali venditione vel permutatione & cambio Gabella debeatur, ex cessione & aut venditione jurius Gabella non debetur, nam cum secundum aliquorum opinionem, & meo videri veram, Gabella sit res odiosa, ut & tenet Fran. Becius consil. 90. numero quinto & decimo nono, non est ultra casum in quo leges loquuntur extendenda, & sic inquit in propositum Lasarte de decim. vendit. capit. 9. numero quadragesimo primo, antiquo usui receptum esse ut non nisi ex corporali seu reali venditione Gabella debeatur, saltem cum sui venditioni nullam rem corporalem secum trahat, veluti in jurius urbanorum & cultorum praediorum, observari licet, ex quorum venditione quavis quidem ex vera & perfecta sit ut traditur in leg. cum instituta vest. injur rei, ff. de contrahend. emptione, nullam videntur Gabellam deberi, eo quod jura incorporalia sunt, nullamque rem corporalem secum trahunt, que vendi videatur ex quibus optime ibidem inserti ipse Lasarte numero quadragesimo tertio, ut ex officio decurionatus, tabellionatus, procuratoris, Theaurarii, commentariensis carcerum, depositarii generalis & aliorum officiorum publicorum Gabella non debeatur.

turciam nisi justo pretio nullentur, nemp quia jura incorporalia sunt nulli rei corporali admixta, & idem tenet novissime Humada, in l. 1. tit. 13. glossa 3. num. 8. cum sequentibus part. 1. & diximus in l. 7. §. 8. tit. 2. lib. 7. supra num. 7. in contrarium tamen, imo quod Gabella debeatur ex jurius & nominibus debitorum venditis facit, nam haec vera venditio est ex l. si dubitatio in prin. ubi nominis venditio. ff. de fidejuss. Sed ex quacunque venditione debetur Gabella, ex l. 1. supra ead. & ejus generalitate, ego & ex cessione debetur, ut Angel. voluit in l. Madefimio, n. 2. ff. de solutio. reclarus per Lasarte de cap. 9. num. 3. Item omnis actio talis esse judicatur qualis est res ad quam competit, §. 1. si ad rem solvendam, C. de praed. minor. & ipsius rei debet naturam, & qualitate alium, l. 1. ubi gl. & DD. notat. C. si adverb. vranfatio. late Tiraquel. de retrall. Lignagel. §. 1. glof. 7. ex prin. & num. 32. sed si res venderetur, illa Gabella deberetur, ergo de cessione ad eam habita venditum, cum ipsius naturam sequatur, quibus de causis Lasarte, in dist. cap. 9. a num. 1. cum sequentibus, late disputat hanc quest. an, scilicet ex jurius & nominibus debitorum venditis Gabella debeatur, & a num. 3. distinguendo procedit, quem videsis quia late & diffuse loquitur. Ego vero sic distinguere non sum meum iudicium esse attendendum, scilicet quod aut actionem & jurius cello sit virtute dispositionis vel legis alienius juberent faciendam esse, ut si de iustis solvendi contra principalem pro quo solvit, & in similibus, vel facienda omnino est ex vi procedentis contractus & obligationis, & tunc nulla Gabella debetur, quia id sit ex legis precepto, & in ejus implementum, vel contractus procedentis, & tunc nullam crediderim Gabellam deberi prout usu receptum videntur, quod ex scriptura, & ex carta de lossa, ubi de jure facienda est, nulla Gabella debetur, neque unquam petita fuit, sed si cello jurius & nominum debitorum sit ex vi novi contractus inter aliquos contrahentes facti, ut ob cessionem hanc jurius adversus bona aliqua vel rem, tantum pretium mihi des, tunc ex cessione illa Gabella debetur, quia vera venditio est & perfecta, & videor tibi vendere rem illam in quantum in ea jus habeo & actionem, dum tamen, si res illa venderetur, esset ex ea Gabella solvenda, sed si non esset solvenda, ut puta quia cedo tibi jus ad talem pecuniam, vel ad talem librum vel equum tunc, quia illa libera sunt & exempta à Gabella, nulla itidem debetur ex tali cessione Gabella, & ita videtur distinguere Bald. in 2. cum per cor. C. si quis al. vel sibi, ubi Saliceo. num. 2. & alii relati & secuti per Gironda de Gabell. 9. part. in prin. num. 16. & Lasarte dist. cap. 9. num. 32. cum sequentibus, ubi num. 38. inserti alii hactenus mihi delata venditionem nam si adit in ea bona que emptori traduntur, regalis decima hanc debetur ex pretio convento sicut in venditione iactus retis piscium vel avium, nam si quis postea piscetur vel venetur, debetur, §. secus si nihil capiat, ut ibi inquit ipse Lasarte, num. 40. & Gironda ubi supra part. 1. numero vigesimo septimo, sed in quo loco debetur Gabella istius venditionis jurius §. 8. & 16. actionem, tangit solus ex iis quos viderim Lasarte,

facte, ubi supra capitul. 4. numero trigesimo sexto cum sequentibus, ubi in effectu concludit quod si cello sit actionis tantummodo personalis debetur Gabella ubi cedens ipse adest cum cello sit, ed quod ibi censetur etiam facta traditio, & translatio actionis per cessionem in emptorem, sed si actio realis ad rem vel hereditatem vendatur, ibi debetur Gabella ubi adfunt bona ex l. 9. infra ista res. sed si ad rem mobilem vel se moventem fiat cessionis venditio, debetur ibi, ubi cello facta est si ibidem tunc res aderat, vel si ibi non aderat, ubi tandem tradita est ex dispositione legis nostrae quam ibi num. 49. ad si. allegat, sed an fructus computentur inter mobilia, & veniant appellatione eorum, §. & dicendum est venite, ex l. si. ff. de requir. rei, nisi fuerint pendentes, quia tunc antequam colligantur pars rei sunt, l. fructus. ff. de rei vend. notat Tiraquel. de retrall. Lignagel. §. 1. glof. 7. numero quadragesimo, imo camenta & lapides & alia rigia semota §. a domo mobilia reputantur, per dicta per Rebus. in l. signi. ff. de verb. signi. Sic & pisces in stagno inter immobilia, diversum est si capti sunt, §. 1. Rutilia ff. de contra. emptione notat Rebus. in dist. l. mobilium pag. 561. in prin. & idem erit dicendum si fluctua à fundo separandi sunt fructus, nam venient §. mobilium appellatione ut per Tiraquel. infra allegandum, num. 44. cum. 3. sequentibus, & comm. testatur D. Barbosa, in l. diversio. §. interduo n. 4. in fin. nisi cum sequentibus, ff. solut. matr. & secundum haec scies discernere ubi, & quomodo horum debeatur Gabella, nam cum mobilibus comparantur tanquam mobilium debetur, cum veto immobilibus immobilium erit Gabella computatio, & faciunt late dicta per Tiraquel. de retrall. Lignagel. §. 1. glof. 7. num. 37. cum sequentibus, ubi late examinat quomodo fructus pendentes dicantur pars fondi. Sed an arbores stantes que ut separantur venditae sunt veniant §. mobilium appellatione, tradit Lasarte ubi supra cap. 4. num. 34. idem concludit, quod concludimus jam proxime circa fructus pendentes statim separandos. Ibi, Tiraquel. per obtinere los fraudes, quibus quidem calumnias obviandum est, ut in aliud propositum inquit summus Pontifex in cap. ut circa & in cap. avaritia de electione in 6. ubi glof. alia jura allegat, & quando quid dicatur fieri in fraudem legis vel partis diximus alibi, & an vitet pactum vitene, §. tradit late Fortunius Garzia in l. juris gentium, §. prator ait in. 3. 4. & §. notabil. ff. de pact. & Dinus in capit. certum est de Reg. jur. in. 6. & ibi alii, & ex iis verbis & precedentibus habes duas justas causas constituendi legem nostram, prima fuit ad tollenda dubia, secunda ad tollendas fraudis occasionem, & sic pro prooimio nostrae legis haec due causa apponuntur, quod prooimium causam finalem inducit ex l. fin. ubi DD. ff. de hered. inst.

apponuntur cause prebentes occasionem constituendi legem nostram, secunda vero pars incipit ab isto verbo mandamus, usque ad vericulum, Pero si est un lugar, & in hac secunda parte ponitur quedam conclusio, & reg. generalis, & sic sequentes regulae & conclusiones nostrae legis sunt quasi hujus primae regulae declaratoriae, & modificativae, Tertia vero pars incipit ab illo vericulum, Pero si en un lugar, ubi ponitur alia conclusio, & durat usque ad vericulum, mas si lo que se vende, quarta autem & finalis pars incipit ab illo vericulum, Mas si lo que se vende, usque in finem legis, & in hac quarta parte ponitur alia conclusio, cum sua limitatione, & sublimitatione, & facta sic divisione nostrae legis procedendo ad ejus §. conclusiones ex prima parte solum colliguntur conclusio, scilicet, legislatores motum fuisse ad condendam legem nostram ut dubia tollerentur, & fraudes venditorum & emptorum cessarent, & haec est prima ejus conclusio. Secunda vero conclusio, ex dicta secunda parte collecta à vericulum, Mandamos, usque ad vericulum, Pero si en un lugar, talis est, Gabella ex venditione rerum mobilium, vel moventium, debetur in loco in quo venditio celebratur, si res vendita ibidem tradatur, vel aderat ibi tempore celebratae venditionis, & hoc est quia lex nostra sic disposuit ad sedanda dubia, & fraudes contrahentium volentium defraudare Gabellas, nam multi tenebant, quod ad perfectionem venditionis mercium & rerum mobilium, & se moventium & similibus traditio requirebatur, & sic quod ubi traditio fiebat & contractus implebatur ibi solvebatur Gabella, ut apparet ex dictis per Tiraquel. de retrall. Lignagel. §. 1. glof. 2. num. 48. & 49. alii vero dicebant quod ex quo partes se concordabant in venditione & pretio, ejus venditio erat perfecta, etiam ante traditionem & statim poterat peti Gabella, ut inquit ibi Tiraquel. in 50. & in hoc diximus titulo, & sic in loco contractus non vero in loco traditionis solvebatur esse Gabellam asserbat Bal. & etiam referens Alex. consil. 49. lib. 5. & ex iis dubiis fraudibus partes contrahabant, vendendo in loco ubi Gabella debetur, & tradendo in loco libero, ut sic secundam primam opinionem Gabellam excusarent, alii vero cum res tradenda esset in loco subiecto Gabellis, vendebant in loco libero, ut sic secundum secundam opinionem Alex. excusarentur à Gabella, quod cum nosse legislator considerasset, justè constituit legem nostram omnia haec dubia & fraudes tollentem, & ex hac secunda conclusio infero, quod & si factio contractu res alibi transferatur & tradatur alio in loco quam erat tempore venditionis non debetur Gabella in loco traditionis, sed ubi erat tempore venditionis, Secundo infero quod si ille locus, ubi erat res tempore venditionis erit liber à Gabella non debetur Gabella nisi constituitur §. fraudulenter ibi positam fuisse ad fraudandam Gabellam ut per Tiraquel. dist. num. 48. & 49. Tertia conclusio erit, que desumitur ex tertia parte ibi, pero si en un lugar, usque ad vericulum, Mas si lo que se vende, & est talis tertia conclusio, scilicet, quod si quod venditur mobile aut se movent non adest in loco venditionis, sed in alio, tunc Gabella debetur in loco ubi traditio fit, quasi in hunc modum velit concordare dictas opinionem.

nes contrarias supra relatas, ut secundum hanc conclusionem procedat prima opinio locum traditionis considerans, & secunda opinio procedat cum in loco venditionis adest res vendita & hac pro tertia conclusione, quid tamen, si nullibi tradatur ubi debetur, lex nostra nihil disponit & in hoc casu Lafarte dicit, cap. 4. num. 21. deberi Gabellam in loco contractus, sed hic presupponit quid impossibile: nam siue venditor eam tradat, siue emptor eam capiat sua auctoritate ubi eam capit censetur traditionem fieri & sic ibi solvetur Gabella. Quarta vero & ultima conclusio, cum limitatione, & sublimitatione sumitur ex quarta parte nostri text. incipienti a dicto veli, nisi si la qua se vende, & est talis, scilicet, quod si res vendita mobilis & se movens non est in loco ubi venditio celebratur sed in alio diverso, venditur tamen, cum conditione quod in alio tertio & differente loco tradatur, Gabella debet solvi in loco ubi extabat res tempore venditionis, & hac conclusio colligitur usque ad vers. Si se el lugar donde, & ab inde usque ad vers. Y si el lugar donde, ponitur limitatio & declaratio hujus quartae conclusionis, in hunc modum scilicet, ut procedat hac quarta conclusio, nisi locus ille in quo res extabat tempore celebratae venditionis esset francus & exemptus a Gabellis, tunc enim Gabella debetur in loco Regio ubi, & in quo tradita fuerit, quod si locus ille in quo traditio rei fit, non sit Regius sed domini alicujus particularis, ex quo Rex noster non recuperat Gabellas, Gabella solvenda est in loco regio proximiori loci illius de seniorio; ubi tradita res fuerit eam quadruplo etiam alibi Gabella soluta sit, & hac est sublimitatio & declaratio dicte limitationis, & incipit hac sublimitatio a vers. Y si el lugar donde, ubi de iudicibus jubet legillator illius loci ubi tale quid accideret ut exequatur dictas penas in venditores & bona eorum pro Gabella illa & ejus quadruplo quasi lex previdit hunc contrahendis modum esse fraudulentum, & ut talem puniendum, ut sic fraudes cessent, & alii teneantur ab eis, & sic miror de Lafarte in dicto cap. 4. num. decimo, dicente legem hanc in hoc esse duram, & quod non percipit ejus rationem, & in conclusionibus limitatione & sublimitatione remanet clarissima nostrae legis littera & materia, quae difficultatem in se videbatur continere & quam intricatè voluit declarare Lafarte de deci. vend. cap. 4. & Gironda, de Gabell. 6. par. numero vigesimo sexto cum sequentibus pluribus: Et ex hac sublimitatione in quantum in ea dicitur quod si venditio rei traditio est facienda in loco, de seniorio, ubi Gabella non compellit Regi solvenda est in loco proximiori, deduco quod si in loco proximiori deduco, quod si in loco illo de seniorio, Rex percipit Gabellas, tunc ibi est solvenda & quadrupli pena cessat, quia tunc militat in hoc casu tertia nostri text. conclusio supra posita & cessat in idem fraudis suspicio, & ita voluit tenere licet intricatè Gironda, ubi supra numero vigesimo secundo, & clarior Lafarte dicit, capit. 4. numero decimo octavo, & nisi sic intelligas loquitur, male & per peram loqueretur, vel intelligendus est, cum res illa erat sua & tradita in loco de seniorio, tempore venditionis, vel in loco libero a Gabella, quia tunc nulla Gabella

debetur, eo quod in hoc casu cessat fraudis suspicio, & cessant dicta in quarta conclusio, & limitatione ac sublimitatione ejus, quia contrahentes non contraxerunt hac conditione ut res illa traderetur alio & tertio loco quam ubi erat vel ubi venditio facta fuit & sic cessat dispositio nostrae quartae conclusionis. Et ex supra dictis inferitur ad decisionem questionis propositae per Lafarte in dict. cap. 4. num. 15. puta si ego existens in iis Regnis vendam tibi presenti siue ambo siue alteruter nostrum Regnicola vel forensis simus, vendam inquam, rem aliquam siue mobilem siue immobilem, quam in alio Regno habebam ubi Gabella ex hujusmodi venditionibus Regi nostro non penditur, veluti existente in Aragonia, Portugalia, aut Gallia in eoque loco rei traditio definitur, an debetur Gabella, & inquit ibi Lafarte, hunc casum non esse decisum per nostram legem, inquit tamen ipse Gabellam talis rei deberi in hoc Regno, ubi contractus fit, & quod non attenditur traditio in quo salva ejus pace fallitur in duobus, primo in dicendo casum hunc non decipi per nostram legem, deciditur enim, in vers. Pero si en un lugar se vendiere la cosa mobile o se moviente que estuviere en otro mandamos que entregandose en el lugar de estuviere se pague alla la alcavala. Quid ergo clarius disponi potuit casus noster. Secundo fallitur in quantum dicit in nostro regno solvendam Gabellam etiam tradatur res illa in loco illo extraneo ubi erat tempore venditionis nam utique ibidem debetur Gabella, ex tunc nostro expresso, sed si ibidem nulla Gabella debetur, qui locus exemptus erat, nulla debetur Gabella ibidem neque in nostro Regno, nisi frans circa hoc intervenisset; quod si res esset immobilis clarius esset ibidem deberi ex. l. 9. infra eod. si locus non esset exemptus, quod si exemptus esset, nulla deberetur, sicut et contractio si in Germania heret venditio rei mobilis vel immobilis existens in Hispania ibi Gabella debetur & ibi traditio fit, rei illius tunc utique & debetur in Hispania Gabella non vero in Germania etiam Germania esset libera a Gabellis ex dictis per Tiraquel. de retrahit. Linagil. 6. 1. gloss. 2. num. 48. et 49. & sic meo videtur male loquitur circa hoc Lafarte dicto num. 15. nec lex 1. supra isto sit. aliquid ei opitulatur, quia solum providet de Gabella solvenda, non vero in quo loco solvantur, de quo specialiter in l. nostra & in dict. l. 9. infra eodem providetur, & sic ibidem ipse Lafarte in num. 12. idem concludit de civitate ad civitatem nostri Regni, quasi tibi contrarias cum eadem in utroque casu procedat ratio ex dispositione legis nostrae, neque ulla quoad diversa Regna possit dari ratio differentiae, ut sit aliud, quam ipsemet asserit in dicto num. 12. in duabus civitatibus in regno nostro existentibus, ubi, Entregandose se en el, verba haec apponuntur solum modo ad sciendum quo in loco rerum mobilium, & se moventium sit solvenda Gabella, non vero ad denotandum an requiritur traditio rerum venditorum ut Gabella debeat, nam non requiritur, sed statim quod de pretio conventum est inter partes est celebrata venditio & debetur Gabella & peti potest non expectata traditio, ut in hoc sit, remanet dictum, & tenuit, Tiraquel. de retrahit. Linagil. 6. 1. glossa 2. num.

28

29

30

39.

59. & ita intellexit verba haec nostrae legis & bene Lafarte, ubi supra dict. cap. 4. num. 13. etiam relati per Tiraquel. ubi supra num. 48. & 49. & Pelaez de mayorat. 4. part. quest. 24. num. 4. velint ut Gabella deberetur ex mercibus venditis esse necessariam traditionem talium mercium.

IN LEGEM SEPTIMAM.

1. Conservanda antiqua plurimum debet attendi in veterabilibus solvendis.
2. Obligatus tradere par caponum debet eos tradere vivos.
3. Status frons quod de qualibet bestia solvatur Gabella intelligi debet de viva non vero de mortua.
4. Gabella an solvatur de agnis sicut de ovibus simul venditis.
5. Gabella solvenda est de qualibet venditione rei pluries vendita.
6. Gabella an debeat de carne vendita in macellis.

SUMMARIUM.

Carnifices Hispanensi civitati & ejus Archiepiscopus, vel Episcopus de Cadix retineant apud se Gabellas armentorum vivorum, quae emerint, quam solvere tenentur Gabellaris loci illius ubi carnifices sunt & idem in quolibet carnificibus disponit. l. 6. cum duabus sequentibus in. 1. infra eodem ubi asserimus legem nostram non corrigi per illa.

Ibi, con la costumbre antigua, que plurimum debet attendi in veterabilibus solvendis & ut per Fran. Becium consil. 96. num. 1. cum seq.

Ibi De los ganados vivos, superflua videntur haec verba: nam qui obligatus est tradere par caponum debet eos tradere vivos & ut per DD. maxime Deci. num. sui. & Jall. num. in fin. in. l. quid te mihi. ff. si cere. ex quo ibi inquit Jall. quod stante statuto quod de qualibet bestia solvatur Gabella intelligitur de bestia viva, & non vero de mortua, & Bertachin. de Gabell. 1. num. 8. princip. par. num. 9. argum. l. qui decem 5. ff. de solatio. sed ut evites superfluitatem dic quod ille 5. ff. loquitur in servo vel bestia, quae post mortem nullius sunt momenti, ideo de vivis intelligitur, lex autem loquitur nostra de armentis, quae post mortem sunt utilitatis, non vero in vita, ut inquit Deci. ubi supra, & quia non possent habitari an lex nostra de armentis mortuis loqueretur expresse de vivis, & ne idem intelligeretur, quod loquendo de vivis excluderet carnem mortuam vendibilem ideo infra etiam de mortua carne loquitur & exprimit, sed an de agnis sicut de ovibus simul venditis solvatur Gabella & vide Gironda de Gabell. p. 8. 9. & 10. Ibi, No embargante que en otros se celebra de la venta, verba haec contradictionem faciunt verbis supra positis a lege nostra, ibi, Que compraran los dichos ganados, nam si emere presupponit lex nostra, quo modo in ipsi verbis dicit, no embargante que en otros se celebra de la venta, ergo ante venditionem debetur Gabella, & retinenda est armentorum vivorum, praeterquam quod haec verba non apponuntur in contextura. l. 84. quaterni a quo ista sumpta est, & nescio

qua de causa aut ratione verba haec apposita fuerint, nisi fortassis procedant quocies dominus armentorum & carnifex tractaverint de emptione eorum, & antequam de pretio convenirent occidit eos ipse carnifex pro implemento obligationis publicae de la carniceria, & post eis occisis & venditis convenirent inter se de pretio eorum carnifex ipse & dominus armentorum, tunc enim nimirum si debetur Gabella ipsorum vivorum & etiam carnis eorum mortuae & venditae, & quod interim jubet lex nostra & julle quod retineat in se Gabellam ipse carnifex, & nisi sic procedat lex nostra ego non invenio quae fuerit ratio horum verborum.

Ibi, De mai del alcavala, que ovierten de pagar de la carne muerta. Sed cum pluries dictum sit quod de eadem re non debet solvi duplex Gabella, quomodo hic de vivis armentis, & de carne eorum vendita debetur altera Gabella, & dicendum est, quod verum est non deberi solvi duplicem Gabellam, ex eadem emptione & venditione intellige, sed ex diversis emptionibus & venditionibus etiam ejusdem rei & solvenda est de unaquaque venditione, & sic in practica quotidie videmus & est certum vide per Lafarte de decim. vend. cap. 13. num. 2. & 3. ubi ponit rationem, & an deberetur Gabella de carne vendita & in macellis dubitabant DD. relati per Gironda, de Gabell. 8. par. num. 28. sed jam nulli dubium quin debeat.

IN LEGEM OCTAVAM.

1. Gabellam debet solvere venditor rei alienae si ut suam vendit, non vero Dominus rei non approbantis venditionem.
2. Gabellam an debeatur muliere nupta vendente sine licentia mariti.
3. Administrator vel venditor rei alienae regulariter non tenetur in se retinere Gabellam, nisi in casibus a jure expressis.
4. Status an fieri possit quem ob alieum culpam puniri.

SUMMARIUM.

Tabernarii vendentes vinum alienum retineant Gabellam ut eam solvant illi vel illis quibus solvenda est sub nostri text. penes, licentiaque Gabellaris ab eis recuperare Gabellam, vel a domino vini venditi.

Ibi, & dueño de la causa vendida vendiéndose en su nombre es obligado a pagar el alcavala y no el que la vende. Hic habes text. probantem aliquid quod in legibus praecedentibus tanquam verum praepositimus scilicet quod vendens rem alienam nomine domini, non ipse, sed Dominus tenetur solvere Gabellam, & a contrario potest hic sumi argumentum quod si quis rem alienam ut suam vendat, ipse venditor tenetur solvere Gabellam non vero dominus & rei ipsius, non approbantis venditionem & utrumque ex text. nostro sic considerato probatur clarissime, & verum hoc esse iudico & tradit Lafarte de deci. ven. c. 15. n. 4. 5. 7. & 9. & alibi remanet dictum.

Ibi, O nuptas. Sed quid si sint nuptae & tenebuntur ad hoc, & videtur non teneri, nam mulier

SUMMARIUM.

Bonorum immobilium ubi Gabella solvenda est.

mulieres conjugate sine licentia mariti contra- hene non possunt neque teneri ex contracta ex l. 55. Taur. postea pro lege 2. tit. 3. de la mu- geres casadas y solteras, lib. 5. supra: ergo male lex nostra disposuit generaliter de mulieribus: & videtur per illam legem. 55. Taur. corrigendam esse, sed dicendum est non corrigi, sed legem nostram intelligendam esse in omnibus mulieribus sive nuptis, sive non nuptis, sed circa nuptas procedere quoties adest licentia mariti expressa ad vendendum vinum illud alienum vel tacita videndo uxorem suam illud vendere & consentiendo per non contradictionem nam hoc sufficeret ut in eadem l. 55. diximus de mulieribus nuptis ementibus, vendentibus & contrahentibus maritis vendentibus & non contradicentibus, nam valent gesta ab eis & obligantur ex eis.

Ibi, Sean remidos de retener en si el alcavala que montare el tal vino que assi vendieren, y acudan con ello al nuestro arrend. Dispositio hac cum limitative procedat, limitative est intelligenda, & ex ea & precedenti potest constitui regula generalis scilicet, quod administratores rei alienae, vel venditor ejus vendens nomine domini regulariter non tenentur in se retinere Gabellam nisi rei illius vel serum illarum nisi in casibus a jure expressis, quorum duos casus reperies in nostra lege & precedente, & in l. 6. & 32. tit. 19. infra eadem. & si qui sunt alii, quae quidem regula addenda est ad plures per nos positas in l. 2. tit. 1. lib. 2. supra, ubi non est locus nisi in casibus a jure expressis, & deducitur hoc clare ex lege nostra, & ex precedente, quia cum casus speciales circa hoc proponantur, ultra ipsos casus generalem regulam venditur constituitur in contrarium, quia limitata causa limitata producit effectum, & exceptio regulam in contrarium constituit.

Ibi, T sobre ello sean remidos de hacer los juramentos, & hoc quia ipsi tabernarii scient melius quanam Gabella debeatur ex venditione vini, quam Dominus ipse, & sic nimirum quod ipsi tabernarii jurare teneantur, & quia cum lex nostra ipsis tabernariis injungat quod retineant penes se Gabellam, & eam solvant Gabellario, & collectori Gabelle illius, ac si vinum esset faum, nimirum si tanquam partes obligate jurare teneantur.

Ibi, Que les prendan los cuerpos, id praecipere potuit lex, cum jam ipsos tabernarios obligaverit ad retentionem & solutionem Gabellae vini alieni ab eis venditi, aliter enim injustum esset, quem ob alterius culpam puniri, & procuratorem teneri pro domino, cum statuto fieri non possit ut uterque pro culpa & alterius puniretur, ut per Covar. lib. 2. var. cap. 8. num. 7. quia enim quae peccaverit ipsa morietur, de quo novissime agit per Gutierrez in 2. part. suorum canoniarum question. cap.

IN LEGEM NONAM.

- 1 Gabella bonorum immobilium in loco ubi sunt sita est solvenda, quod si locus sit liber a Gabellis non debetur.
2 Lex nostra ad alia loca quam in ea expressa non est extendenda.

liter intelliges, si tabellionem numerarium etiam publicum esse intelligas, prout est, sed ideo vocatur numerarius, quia ibidem adfuit alii tabelliones tot numero, sed si alius quam unus non existeret, quia iste solus numerarius dici non potest, inquit lex occurrendum ad tabellionem publicum loci proximioris ut hic vides, adest tamen difficultas, quid si in loco illo ubi bona sunt, non adest numerus tabellionum, adest tamen publicus tabellio examinatus & approbatus in regio consilio, poterit ne coram eo fieri scriptura venditionis aut permutationis, neque erit necesse recurrere ad tabellionem publicum loci proximioris, & crederem sine dubio quod sic, quia sicut sufficit tabellio publicus loci ipsius ubi estant bona licet non sit de numero, eo quod ibidem non sunt alii de numero tabelliones, item & sic probatur ex l. 1. tit. 25. lib. 4. supra ibi, pero que en las aldeas, dum tamen secundum legem nostram non sunt tabelliones Regis aut notarii Apostolici, iis enim prohibetur per legem nostram quoad ejus materiam.

Ibi, Que ningunos otros escrivano Reales ni Apostolicas. De quibus diximus in rubrica tit. 25. lib. 4. supra, qui quidem non possunt se in iis contentis scripturis intrinicare, ut ibidem dixi.

Ibi, So pena de privacion de sus officios. Hac clausula meo videri, solum refertur ad proximiorum dispositionem, scilicet, dum prohibetur, tabelliones Regios & Apostolicos, se circa hanc intrinicare, ita ut si alii aliquid faciant incurrant privationem hanc officiorum, non vero refertur ad primariam nostrae legis dispositionem, ubi dispositum fuit venditiones & permutationes rerum immobilium facienda esse coram tabellionibus loci, ubi bona sita sunt, quia cum hic sint differentes dispositiones ab illa, ne scilicet, tabelliones Regii vel apostolici, se circa hanc intrinicare, ad proximiora pacta hae referenda est, non vero ad remotiora, ex dictis in l. 1. C. de iis qui, ut in dict. & in aliis pluribus locis, & quia sic videmus declaratum per praxim ordinariam: nam coram tabellionibus publicis & numerariis aliorum locorum & territoriorum, quam ubi bona erant sunt quotidie hae scripturae venditionum, & permutationum, & nunquam vidimus eos hoc neque alia pena ob hoc puniri, licet male faciant, & deberent aliqua puniri pena, ut tenentur & dispositionem nostrae legis non frangerent, neque hi contravenissent, & ut solverent Gabellam Gabellario loci bonorum si soluta non esset, & hac mea consideratio corroboratur ex dictis in l. 19. infra tit. num. 9.

Ibi, T que los dichos escrivanos ante quien las dichas cartas passaren, non intelligas ex iis verbis & dispositione nostri text. imponi necessitate venditoribus & permutationibus bonorum immobilium ut teneantur omnino coram tabellionibus instrumenta & scripturas horum bonorum facere, ut Gabella debeatur sed quod in casu quo velint ut fiant, servent nostri text. forma & dispositio, nam etiam sine scriptura poterunt vendere & permutare hic bona immobilia quae alibi habent solo eorum verbo & consensu, vel cum seculata privata, ut optime advertit La-

farre de decim. vend. capit. 18. num. 70. & debetur Gabella, ut inquit Per. Navarra. de restit. lib. 3. cap. 1. num. 241. cum 4. sequentibus.

Ibi, Sean remidos de dar copia. Cum tabellionibus loquuntur hae verba, sed idem erit cum partibus debentibus Gabellam; nam ad petitionem Gabelliariorum compellentur edere instrumenta venditionum & permutationum ut videatur quamne debeant Gabellam nisi sicut fisco petente Gabellam, tenetur adversarius edere instrumenta, ut ex l. 2. C. de edend. explicat Jaf. in l. 1. num. 7. & 8. eodem tit. & Marcus Ant. Peregrin. in tract. de priv. ff. lib. 7. tit. 3. num. 11. pag. 401. ita etiam editio hae fieri debet Gabellario qui in jure fisci succedit, quod in proposito nostrae legis notat Lafarre de decim. vend. capitulo decimo - octavo. numero 13.

Ibi, T empenamientos. Lafarre in dicto tractatu de decim. vend. capitul. 10. numero quinto, dubitat & bene, quomodo de pignoribus loquitur hae lex, cum de eis nulla debeatur Gabella, non enim sit alienatio neque venditio rei pignoratæ, & sic Gabella non debetur, ideo dicit ipse legem nostram intelligendam esse de censu constitutione & reali pignoracione, aliter enim absurditatem contineret. Sed hic intellectus non quadrat, quia si intelligimus de censu redimibili, hae venditio reparatur, & non pignoratio, & sic Gabella debetur, sed si intelligimus de censu emphyteusi de eo Gabella non debetur, quia non est venditio, sed locatio porius assimilatur, quod secundum text. in l. 28. parte quinta, titulo octavo, ideo inquit ipse Lafarre, quod possunt intelligi hae verba quod in eis & in nostra lege solum jubetur tabellionibus, ut omnium illorum contractuum copiam praeberent Gabellariis teneantur, non quia ex omnibus Gabella debeatur, ex enim specialibus legibus diffinita est ex quibus contractibus esse potest aliqua vel occulta venditio seu permutatio sub alterius contractus titulo & nomine celebrato in fraudem Gabelliariorum, prout advertit lex sequens, atque ideo nedum eorum contractuum ex quibus planè Gabella debetur, sed generaliter omnium aliorum contractuum in quibus fraus similiter adhiberi potest, jubetur tabellionibus copiam praeberent Gabellariis, & hic verus & genuinus horum verborum, empenamientos, intellectus est, nam & potest pignori tradi res sub iusto pretio, & conveniri inter dominum rei, & illum, qui in pignus eam accipit, quod nisi intra certum tempus expignoret, remaneat empti iusto pretio, & arbitrio boni viri ex l. si fundus 5. ff. de pignoris, text. in l. 41. titulo quinto, & leg. 12. titulo decimo - tertio, part. quinta, vel quando ita pro tanto pretio pignoretur quod nulla esset certa spes lustrionis, tunc enim quia fraus presumi potest dando in pignus rem pro omni eo, quod valet, non nominando, neque dicendo quod eam vendebat pro illo pretio, nimirum si lex nostra etiam pignorationum instrumenta edere jubeat, ut videant Gabellarii an fraus aliqua lateat sub nomine pignoris & petant jus suum.

Ibi, En qualquiere tiempo, in contextura antiqua

qua tempus hoc limitatur, hodie ex lege nostra in quocunque tempore pateat & verificetur, tabelliones iustus & veras ac omnes copias non tradidisse Gabellaris, tenentur pro Gabella non datorum cum quadruplo, ut advertit Lafarte, de decim. vendit. cap. 18. num. 71.

Ibi, Que el alcavala que montare en lo real pagen los dichos esforvianos con el quatorzavante. Sed cannam hanc solutio facienda est, die fisco, Gabellaris, vel conductori Gabellarum, nam illi est applicanda Gabella & quadruplum qui damnium & passus est, ut apparet ex dictis per Avendaño capitulo septimo par. num. 4. in prin. libro primo. & ex vcrs. nostra legis supra posito, y so pena de privacion de los officios, y de pagar el alcavala con el quatorzavante arrendador, probatur clarissime.

Ibi, Por no ser acabada la paga, non enim pro Gabella recuperatione a venditore solvenda vel ab alio a quo debetur, est expectandum tempus solutionis constitutum pecuniarum pro re venditis promissarum sed statim peti potest Gabella & emptioe facta ut in hoc titulo remanet dictum, & ideo iuste jubet lex nostra tabelliones non excusandos dare copiam scripturarum, venditionum & contractuum Gabellaris, etiam si dicant debiti principalis nonnullum esse terminum impletum, ut ad nostram legem notat Lafarte ubi supra capitulo 6. num. 27.

IN LEGEM UNDECIMAM.

1. Fraudatores Gabellarum insistant ad restitutionem tenentur.
2. Gabella non debetur ex donationibus, nisi ut ibi.
3. Frax non fit hoc vel illo modo contrahendo nisi ratione evitanda Gabella simulatur contractus.
4. Frax quibus modis fiat, & quando probetur.

SUMMARIUM.

Judices tenentur ad petitionem Gabellariorum facere informationem super fraudibus commissis ad accountandas Gabellas.

Ibi, Defraudar muertos alcavalas, quod nulli licet facere & malitiis & fraudibus non est utendum praesertim contra Regem & ejus Gabellarum conductores, imo fraudatores vocigalium & Gabellarum iustarum, ad restitutionem tenentur, & ut in hoc dictum est titulo, & tradit Lafarte de decim. vendit. capitulo 18. num. 36. & Gironda de Gabell. par. 12. n. 6. & 7.

Ibi, Ha que los contratos de ventas suenen donaciones. Hic est text. probans quod ex donationibus non debetur Gabella, nisi fraudulententer fiant, & simulando esse donationem id quod est vera venditio, ut novimus in l. 2. glossa magna supra ista titulo. & libro 2. tenentur tamen Gabellaris fraudem probare: nam alleganti fraudem vel dolum incumbit onus probandi, ut est text. in l. quaevis. §. qui dolo ff. de probat. etiam si alteri fiat praesudicium ut per Francisc. Becium. conf. 52. num. 25. licet per praesumptiones probetur, ut ibi per eum, n. 45. & iterum consilio Ippolito secundo n. 10 & in aliis pluribus consilio & locis ordinariis, quae langum ellet referre,

inquit tamen Lafarte de decim. vendit. cap. 2. num. 37. quod frax non fit hoc vel illo modo contrahendo nisi ratione evitanda Gabella & principaliter fiat, quod est bonum verbum ad excusandos reos de fraude accusatos, & de fraude, quibus modis fiat & quomodo & probetur in Gabellis, late tradit Gironda in tractatu de Gabell. 12. parte per totam.

IN LEGEM DUODECIMAM.

Quibus Gabellaris unius aut alterius temporis solvenda est Gabella.

SUMMARIUM.

Gabella herbarum Magistratus de Calatrava quando & quando solvenda sit.

Ibi, T se ayas de demandar y demanden en el año que los dichos ganados entraren a berbarar, en las dehesas no embargante que la averencia de la real alcavala se haga en el otro año siguiente. Hunc text. considerat Lafarte in capitulo 10. n. 1. de decim. vendit. ad hoc quod ad petendam Gabellam & recuperandam tempus contractus inspicendum est, ita ut sine praesertim Gabellaris illius temporis pro Gabella ista Gabellaris & illius alterius temporis quo de Gabella convenitur.

IN LEGEM DECIMAM-TERTIAM.

1. Gabella debetur ex herbis venditis.
2. Gabella frax non jam demonstratorum venditorum debetur, secus vero, si non essent demonstrati ut ibi, nisi aliud esset de consuetudine ut ibi.

SUMMARIUM.

Uti que ad quod tempus Gabellaris herbarum possint earum petere Gabellam.

Ibi, hasta fin del año de las salidas de los ganados y no den de en adelante, lex hanc generalis est, ita ut in omnibus partibus, in quibus herbarum debetur Gabella per ejus conductores sic solvenda intra tempus a lege nostra descriptum & non ultra, & sic lex praecedens, quae disposuit quibus Gabellaris debeatur Gabella herbarum Calatrave declaratur per nostram, imo addit nostra illi, quod illam Gabellaris quibus competit petant, intra legis nostrae terminum, & non ultra, & ita colligebatur claris ex contextura antiqua in qua lex nostra erat etiam inserta, & nunc divisa est ut per eam declaratur lex praecedens, & generalis lex nostra fit ad omnia loca, in quibus Gabella Herbarum debetur, & solvenda est, & legem nostram ad hoc allegat Gutierrez consilio. 19. numero tertio, & eo relato Gironda de Gabell. 4. par. 8. 2. num. 17. & habes hic text. probantem ex herbis venditis deberi Gabellam, & idem desumitur ex leg. 9. tit. 18. infra isto libro, quae iura ad hoc allegat Gironda de Gabell. 8. par. num. 21. ubi num. 27. inquit hoc declarari per cap. 16. in novis Gabellarum punctationibus, ut procedat quoties

in macellis marmarum venduntur, ubi num. 2. quid si macellum est liberum.

SUMMARIUM.

Carnifices carnis mortuae debere Gabellam, & ipsius Gabella vero in tempore praebere rationem, etiam si pro alia carnis mensuratur sub certa pena, disponit lex nostra.

Ibi, De la carne que mataren, idem disponit lex. 7. supra eodem, ubi aliqua diximus, Sed an de piscibus & carnibus, quae minuratum venduntur in macellis Gabella & debeatur pro utraque parte allegant indecisum reliquere Alberi. & Francisc. Lucam. relati per Girond. in tract. de Gabellis. 8. par. num. 27. ubi num. 28. inquit desum, quod debeatur per l. 32. tit. 19. infra hoc lib. & lex nostra est etiam ad hoc clara, & dicta. l. 7. supra eodem, & ex l. 16. sequente idem disponitur. Quae quidem lex. 16. est ampliativa nostrae leg. 7. & similitur, ut procedant, etiam si caro illa mortua non sit ipsorum carnificum, sed aliorum pro quibus eam menterantur & idem videtur dispositum in l. 7. supra eodem, quae licet in carnificibus locorum particularium loquatur per, nostram l. 16. ampliatur ad carnifices quorumcumque locorum, ut idem in eis, quod in tabernariis vinum aliorum vendentibus disponitur, dicendum sit, secundum quod in l. 8. dispositum habemus. Et quid si macellum est liberum, & vide Girondam. de Gabellis. 6. par. num. 40.

IN LEGEM DECIMAM-SEPTIMAM.

1. Dicitio, qualquies, omnia includit, & nihil excludit, nisi aliud ex mente dispensantis constit, ut ibi.
2. Gabella non debetur ex venditis alio in loco quam habitationis, dum tamen in tali venditionis loco non sit publicata frangitua in toto vel in parte.
3. Intellectus nostra legis & l. 4. tit. 20. infra eodem, in dict. num. 2. ponitur.
4. Fabricantes pannos tenentur eos registraré arrendatori Gabella illius, ut ibi.

SUMMARIUM.

Qui in domibus suis per viam negotiationis operationem pannorum habuerint, tenentur, eorum solvere Gabellam, & registraré pannos Gabellaris, etiam si dicatur, quod extra populum illos vendiderint in aliquibus feriis & mercatis, vel in alio quolibet loco sub nostri text. pena, nisi testimonio suo digno demonstraverint intra triennium, se in illis locis Gabellam solvisse, si in locis recales venditiones celebraverint, secus si in locis de Ichorio, ubi fit gratia & quita, quae non est inserta in libro de los salvados. Et hoc summarium totam legis continet contexturam, & assumitur secundum verum, & genuinum nostra legis sensum.

Ibi, Que twieren por trato obrar, y botare picotes joyales frisas, ponderanda sunt haec verba, nā ex eis colligitur clare legem nostram loqui in sua

ties tempore venditionis herba est jam demonstrata, secus vero alias, & ibidem ipse Gironda idem intelligit in castaneis, glandibus & aliis fructibus terrae ut eorum debeatur Gabella si tunc temporis erant & fructus demonstrati, aliter enim esset locatio & non venditio, ut late advertit Ripa de peste. tit. de privil. contrati. caus. pestis, num. 46. cum plur. sequentibus, & sic est tenendum nisi aliud de consuetudine antiqua esset receptum, & declaratum, nam tunc illud servabitur, prout vidi in aliquibus locis servari, licet in aliis non servetur.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

Gabella quomodo & quando debeatur de medicamentis pharmacopolarum, & nam. 2.

SUMMARIUM.

Pharmacopola de omnibus rebus Gabellam solvere tenentur, nisi de aliquibus aliud sit infra dispositum.

Ibi, Pagenalcavala, intellige nisi sint de illis, quae Medici solent infirmis praebere, & eis ordinare, & de aliis specificatis hodie per pragmaticam Ferdinandi & Elizabeth anno 1493. quae nunc descripta est in quaternio noviter addito ad Recopilationem nostram, quae quidem pragmatica immediate post legem nostram inserta jam est, de qua meminim Lafarte, de decim. vendit. cap. 10. 72. & 73. ubi licet confuse legem nostram procedere dicat, clarissima tamen est ejus dispositio, nam duas regulas constituit, Prima est, quod de medicamentis compositis ibidem designatis, quae facta sunt pro infirmis & dolentibus, non est solvenda Gabella. Secunda regula est, quod & de aliis medicamentis etiam simplicibus, quae medici infirmis & dolentibus jubent praestari, nulla itidem debetur Gabella. Et sic resolutive habes, quod tam de compositis, quam de simplicibus pro infirmis & dolentibus gestis & preparatis pro medicinis infirmorum & dolentium nulla debetur & Gabella per Pharmacopolas, sed de aliis rebus solitis praebere sanis utique eam debebant, & hoc est, quod in summa dicta pragmatica clarissime disponit, quidquid dicat Salazar, de usu & consuetudine cap. 4. n. 55. nisi eum sic intelligas.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

Pharmacopola de quibus rebus, & confectioibus Gabellam solvere tenentur.

SUMMARIUM.

Pharmacopola de quibus rebus & confectioibus debent solvere Gabellam.

Ibi, otro si. Hunc ego, §. inserui referendo & declarando, super hac eadem lege 14. & nunc et additur, quia in Recopilat. haec nostra non erat insertus, §. hic quia, ibi illum declaravi.

IN LEGEM DECIMAM-QUINTAM.

Gabella an debeatur de piscibus & carnibus, quae

sua principia dispositione in iis personis que per viam negociationis habent pannorum operationem, quasi secus in illis, que non operantur ea, sed emunt pannos factos & in domos suas mittunt ad vendendum foras, in iis enim personis non loquitur lex nostra, & sic extraculum suum non extendenda, nisi concurreat casus. l. 2. & 4. tit. 20. infra eod. nam tunc & si tenerentur penis harum legum. 2. & 4. si eorum dispositionibus contravenirent, de quibus & in lege fit mentio, etiam quoad hos pannorum operatores & fabricatores. Et nostre legis meminit Gironda, de Gabel. 6. parte. num. 55. cum sup. ubi ex. l. 6. supra eod. aliud dicit esse de pannis, quos navigatione ad Hispanicam civitatem mercatores vendendos vehunt, quoniam de iis Gabella Hispani debetur, quamvis alio vendantur loco, & antequam Hispaniam perveniant, secundum tenorem d. l. 6.

Ibi, *Y otras qualesquier panos*, universalis hæc, qualesquier, declarat illam dictionem, *otras*, ut non solum de similibus sed etiam de dissimilibus pannis lex nostra loquatur, & sic in fabricatoribus & operatoribus quorumcumque pannorum eos facientibus negociationis causa, nam dictio hæc, qualesquier, omnia includit, & nihil excludit, ut diximus in l. 7. n. 2. tit. 3. & in l. 2. n. 2. tit. 6. & in l. 2. tit. 11. n. 1. & 2. & in l. 7. tit. 8. n. 56. lib. 5. supra, nisi aliud ex mente disponentis constiterit.

Ibi, *En algunas ferias y mercados*, intellige de non salvatis & insertis in libro, *de los salvados, y excusados*, in quibus feris & mercatis franchisia fit per concilia, vel dominos ipsorum populorum, in iis enim locis si venderint pannos, vel ad vendendum eos ibidem portaverint, debeant Gabellam in loco à quo eos extraxerunt, secus vero si feris & mercata illa essent de salvatis, vel si non essent nulla ibidem franchisia fiebat, tunc enim monstrando testimonium in lege nostra descriptum nulla deberetur Gabella, ex panis ibidem venditis, neque solvenda erit in loco à quo extracti fuerunt ut apparet ex hæc legis nostre & ex l. 2. & 4. tit. 20. infra isto lib.

Ibi, *Y en otras partes qualesquier*, verba hæc omnino ex disponentis mente & voluntate restrictè intelligenda sunt, non vero ita universaliter, sicut diximus intelligi hæc verba in principio nostre legis, nam hic restringuntur ex mente legis nostre ut hæc verba intelligantur, de aliis locis, in quibus licet ibi non fiant feris & mercata, tamen est publicata franchisia aliqua, non vero intelligantur hæc verba in locis ubi non publicatur franchisia, feris, mercata franca in toto vel in parte, in iis enim si trahatur testimonium de quo lex nostra dicit, non debetur Gabellam venditor in loco domicilii, & quod ita sit colligitur, ex sine nostra legis & ex dicit. l. 4. tit. 20. infra eodem, & ex vers. sequente, *salvo si dentro de tres dias*, ubi dicimus.

Ibi, *Salvo si dentro de tres dias*, limitatio hæc, non refertur ad proximè præcedentia verba, ubi de feris & mercatis dicitur, sed ad principium legis nostre refertur, aliter enim si ad proxima verba referretur, ubi de feris & mercatis & locis ubi fit franchisia fit mentio, destrueretur dispositio dictæ legis secundæ, & 4. tit. 20. infra

eodem libro, generaliter disponentis, quod cum merces vel armenta portantur ad vendendum ad loca dominorum & ubi publicatur franchisia, & feris & mercata, non salvata sunt, omnino, tenentur portari ad solvendam Gabellam in loco ubi vivit & à quo ea extraxit & incurrit alias penas ibi contentas, ita ut si ibi portentur, & vendantur & afferatur testimonium, de quo hic nihil proficiet, aliter enim dicta lex quarta, destrueretur, itque etiam deducitur ex fine nostre legis dum dicitur quod si portantur ad ferias & mercata inserta in libro de los salvados, ferendo testimonium, quod ibi ea portavit, & quod est locus ubi de los salvados nullam debetur Gabellam, in loco suo, sed si in locis in exemptis à Rege ferendo testimonium liberatur venditor ibi vendens merces extractas à populo & terra sua, ergo concluditur clarissime, quod si non est exemptus à Rege loca ille ubi portantur & venduntur, si tamen sunt loca ubi publicantur feris vel mercata franca & ibi fit franchisia in toto vel in parte etiam testimonium nostre legis ferunt, nihil proficiet ad excusandum à Gabella, & à penis dicit. l. 4. & consequenter versus hoc non est exceptio præcedentium verborum, sed dictorum in principio nostre legis, quod est natura considerandum, aliter enim & lex nostra confunderetur, & dicit. l. 4. tit. 20. infra eodem procedere non possent, quod ut melius percipias pono tibi principalem nostri text. conclusionem in principio ejus positam scilicet, fabricantes & pannos, causa negociationis tenentur eos regitare arrendatori Gabella pannorum illius loci ubi fabricantur, & ibi tenentur eorum Gabellam solvere respectu facti registri, nisi intra triiduum demonstraverint testimonium, de quo hic, in vers. *salvo si dentro*, nam tunc excusabuntur, & non aliter, etiam si dixerint & se excusare voluerint, quod eos portaverunt ad ferias & mercata, & loca qualibet ubi franchisia Gabellæ in totum vel in parte portantibus ibidem merces & armenta publicata erat, in iis enim etiam testimonium dictum ferant, non excusabuntur, & hoc colligitur ex l. 2. & 4. tit. 20. infra eodem, per quam nostra in iis verbis declaranda est, & colligitur etiam ex vers. sui nostri text. dicente quod si feris & hæc mercata & loca ad que portantur merces & armenta vel panis essent libera à Gabella ex Regis privilegio situm in libro de los salvados, tunc non debetur Gabellam iste portator in loco suo neque alibi, neque incurret alias penas portando dictum testimonium, & idem etiam in dicit. l. 4. disponitur, & ex l. 2. ibi no embargo que manifesten, & quia nisi sic intelligamus la tal alcavala averá sílo pagada en las sales y llanos y lugares, y mercados francos, superfluum esset verbi finalis nostri text. vel saltem non esset exceptio de regula, & hunc credo nostre legis verum sensum, & nisi sic intelligatur, plurimas contrarietates decerneret ex l. nostra doctus lector, & ad dicit. l. 2. & 4. titulo 20. infra eodem itidem.

Ibi, *Apriendo los vendidos en lugares Realejos*, intellige, in quibus in toto vel in parte non est publicata franchisia, nam si esset publicata etiam si essent loca regia, nihil proficeret si non est de salvatis dictum testimonium, ut apparet ex dicit. l. 2. tit. 20. infra eodem in dicit. vers. no embargo que en glos. precedente relata.

Ibi

Ibi, *Para si en los lugares de señorio*, intellige in quibus dicta franchisia publicata est, non vero aliter, ut colligitur ex dicit. l. 2. tit. 20. infra eodem, quæ quidem leges cum nostra nisi sic intelligantur procedere non possent & confusionem eorumque generarent.

Ibi, *Para si los vendieron*, limitatio est dictorum supra de feris & mercatis & locis etiam de señorio, in quibus fuit franchisia, ex Regis privilegio & in libris ejus scripta, nam tunc non debetur Gabella in locis registri.

Ibi, *Mostrando testimonio en la manera que dicitheas*, & hoc testimonium debet esse signatum à tabellione publico ex iudicis illius loci mandato & cum juramento, ambarum partium, scilicet, ementis & vendentis, & debet etiam continere quod panis venditi ibidem sunt in tali parte & loco & quibus personis, & quod non fuit soluta Gabella, quia locus ille est exemptus à solutione Gabellæ ex Regis privilegio inserto in libro de los salvados.

IN LEGEM DECIMAM-OCTAVAM.

- 1 Gabellam an debeam artifices, opifices & singularem argenti & auri.
2 Inspector, emgo, tintorero, an debeat Gabellam.

SUMMARIUM.

A quo sit solvenda auri & argenti venditi Gabella, & in qua quantitate declarata lex nostra.

Ibi, Porque, de ista lege & in propositum ejus multa dixit Lalarte de decim. vendi. cap. 2. num. 1. cum sequentibus plur.

Ibi, Mandamos que de el oro avaro que labrare. Barr. in locis relatis per Lalarte ubi supra cap. 2. num. 1. in fin. cum sequentibus, circa hæc distinguat & optime, & Gironda de gabel. 7. part. 5. 2. num. 10. verum tamen legis nostre distinctio sequenda est, quæ quidem non tantum procedit in auro, sed in argento & in omni alio metallo, & materia ubi factum etiam hominis versatur, secundum Lalarte ibi num. 22. & quid in opificibus, artificibus, & singularis & an debeant Gabellam tradit ibi Lalarte num. 25. & Gironda 7. part. 5. 2. num. 14. ubi inquit regia executoria compulsos esse solvere Gabellam, & num. 17. dubitat ibi Gironda, quid in infectore vulgo tintorero, & inquit quod non debet Gabellam, & quod sic executoria regia vidit decisum.

IN LEGEM DECIMAM-NONAM.

- 1 Gabellæ & collectas injustas permittentes, & petentes peccant & restitutioni obligantur.
2 Gabella justa debetur in conscientia etiam Gabellario non petente & lapsa termino, & num. 3. examinatur num. 4.
3 Intellectus legum 129. & 101. quaterni Gabellarum & num. 5.
4 Rex potest petere Gabellam debitas à venditoribus omni in tempore, num. 6. & 7. à qua tempore computatur annus nostri text.
5 Gabella herbarum quo tempore peti debet & num. 8.
Acedo in Recopilationem. Tom. VI.

G beati

6 Gabella nullo tempore prescribitur bonarum immobilium si scriptura venditionis fiant coram alio quam tabellione loci ubi bona sua sunt, & num. 9.

SUMMARIUM.

Intra quod tempus petenda est Gabella bonorum mobilium se moventium & immobilium, declarat lex nostra.

Ibi, Por Relevar a nuestros subditos y naturales de molestias, y vexaciones injustas. Verbum hoc, injustas multum est ponderandum & ad illud attendendum, est enim maxima importancie scire & verificare, quæne injustitiam verba hæc continent, nam si de injusta Gabella intelligimus loqui, permittit lex injustas Gabellas peti, quod est absurdum dicere, quia injustas permittentes, & petentes peccant, & restitutioni obligantur & censuras incurunt, ut alibi diximus, & tradit Jacobus de Grassis, in dicit. decisio 124. num. 42. in decis. casuum conscientia; ergo nullo modo sic potest lex nostra intelligi, sed si de injusta Gabella lex nostra loquitur, ob hoc quod petens eam licet tempore quo contracta fuit erat arrendator eorum & ei pertinebat, tempore tamen petitionis non erat jam, & sic vexabantur homines, neque ullas dabatur finis eas petendi, sequitur hinc, quod lapsa tempore nostre text. injuste petitur Gabella ab eo qui eam ante debebat & prescriptam jam habet ex lapsu temporis nostre legis, & consequenter cum injuste petatur, juste eam reus denegat & in conscientia illam solvere non tenetur, quod tamen videtur contra per nos dicta in l. 1. hujus tit. quod Gabella justa debetur in foro conscientie etiam Gabellario eam non petente, & etiam lapsa nostre text. tempore debetur in conscientia asserit Lalarte de decim. vendi. cap. 18. num. 72. & 73. & sic neque uno nec alio modo videtur posse intelligi: nisi dixeris in hoc casu injustas vocari, quia lapsa termino nostre text. presumuntur recuperata ac solute, nisi contrarium probetur & sic injuste petantur per Gabellarium lapsa termino: licet si soluta non essent saltem in conscientia videtur debitorem non excusandum, de quo in hac glos. dicemus. Sed si itidem injustas vocare legem nostram molestias & vexationes habito respectu, ne sub pretextu justè debituram Gabellarum, alie non debent petantur, & sic injuste homines per Gabellarjos molestantur, deducemus ex iis, quod lex nostra meram & prescriptionem tribueret injustis Gabellis, justis autem minimè, hoc autem est falsum, ergo & illud ex quo deducitur, quod de causa verba hæc, injustas, vel superflue posita esse, & præcedentia verba ejusdem, vel omnino tenenda cetera secunda declaratio, horum verborum per me supra posita, & sic dubiam esse opinionem & reddi dicti Lalarte, tenentis in conscientia & etiam lapsa termino nostre legis teneri debitentem Gabellam eam solvere, nam si lex nostra injustam vocat petitionem post lapsam hujus termini, ergo eo clapsa non est solvenda neque in exteriori, neque in interiori foro, item si lex nostra terminum panis Gabellario petendi Gabellam, & non ultra illum petere eam potest, ergo & de-

beni eam assignat terminum intra quem obligatur eam solvere, & eo lapso tutus est ab ea, & ab ejus solutione remanet liberatus, quia lex tantum intra illum terminum debitorem eius constituit, & non antea, quibus de causis & lectioni relinquo locum latius cogitandi de intellectu horum verborum. & de veritate opinionis an debeat in foro conscientie Gabella præscripta per lapsum nostre legis, in uno tamen casu credere in dubitanter lapso termino nostre legis non debet Gabellam in conscientia, scilicet quoties eam debens mortuus est, & ejus hæres existit in bona fide nihil de hoc sciens, & lapsus fuit terminus nostre legis. Sed an data mala fide idem sit, hoc est quod cogitandum relinquo, nam licet scio præscriptionem cum mala fide non procedere ex text. in cap. *in de prescriptis* scio etiam hanc nostram legem esse cum aliis insertam in quatuor Gabellarum, & cum ibidem inseratur, ubi aditur leges jubentes Gabellam solvi, ita intelligendum est justum fuisse, si iura terminum à lege nostra præscriptum petatur à Gabellano, ut asserbat Avenlans in *distinctione verbo alcavala*, & sic modificatio hæc secutas videtur reddere conscientias illorum, qui non solverunt Gabellas, & lapsus est terminus in quo petenda erant, & hoc cum contractus sunt publicæ & palam, ut nostra lex loquitur, ita ut venire possint in notitiam Gabellarum vel cum est conscientem, quod dicta venditionis denuntiatio non sit necessario faciendam publicam, ut inquit Covar. cap. *peccatum*. 2. part. 5. §. *in h. de prescriptis*, & Salon de *ins. & in. in pag. 439. infra alle-*

ganda. col. 1. ad fin. cum sequentibus, secus si occulte & fraudulenter, & nam tunc præscriptio nostra test. non excusat, ut inquit Angles. in *fortibus rubeis. quest. rit. de rescriptis. veltigal. r. dabis. tom. 2.* ubi inquit secundum consuetudinem Hispanicam nullum teneri solvere Gabellas nisi petantur ab exactore, dum tamen venditiones palam, & non occulte fiant, secus alias, ut tenet alios allegans Gironda de *Gabellis* 2. part. n. 7. & sic secundo in l. 21. r. 29. *infra eodem* disponitur, præconizandum ubi Gabella solvenda est, sed in iis utum servandum ejusdem loci, inquit Salon, de *ins. & in. cap. 186. pag. 439. vltis. sed qualis*, & cum hæc ita se habeant nimirum si cogitandum super his relinquo in potest relinquo, & consuetudini uniuscujusque loci standam, circa hoc DD. jam relax. & præsertim. Salon, asserunt, & hoc cum publice celebratur contractus, est difficultas, non vero si occulte, nam tunc nullatenus est solvenda Gabella.

Ibi, *De hiis mobilibus & se moventibus*, & que sint hæc & an iura de actiones comprehendantur diximus in l. 5. *supra ista. r. & ibi*, notandumque est quod ex *l. 21. r. 29. ad l. 10. r. 10.* insertam in quatuor Gabellarum majus censum constituentem constituebatur contrarietas in manu, & si se invicem corrigent, vel quomodo essent & intelligenda, & dum earum literas multo ante constitutam, dicebam & vere quod illa lex. 10. r. 10. loquebatur circa bona immobilia, in quibus majus tempus constituebatur, nostra vero. 129. circa mobilia & se moventia, & tunc hic casu genuinus sensus & intellectus, & per legem nostram erat approbatus clarissime, nisi ver-

nostræ legis, *Pero en quanto a las alcavalas*, erat pars illius l. 10. r. 10. que nunc est l. 10. *sup. ista. & ibi*, in qua cum ut ibi dixi nullum jam apponatur verbum de tempore, in nostra fuit appositum ad evitandas superfluitates, & quia ibi non sicut hic convenire poterat.

Ibi, *En todo el año de su arrendamiento y en dos meses despues de el otro año*, tempus hoc circa mobilia & se moventia, & circa immobilia tempus in vers. *pero en quanto*, appositum servanda sunt, & non tempus appositum per legem sequentem, que in quantum ad hoc, in quo est legi nostre contraria, corrigitur per nostram salva remanente in omnibus aliis ibidem dispositis nostre legi non contrariis, ut ibi advertit subscriptio marginalis, & sic remanere valida in eo quod ibi disponitur de interruptione præscriptionis, & sicut in eo quod disponitur, in vers. *Y esto se entiende*, ut dicta præscriptio quoad regem ipsum non procedat, cui quidem non præcluditur via petendi etiam legis nostre tempora, & majora quidem labantur, & tempus nostre legis adversus Gabellarios proderit enim non dantibus tabellionibus copiam instrumentorum ipsis Gabellaris, secundum quod in *dist. l. 10. supra eodem*, disponitur sicut & prodest ipsis qui Gabellas debent, ut bene advertit Lafarte *ubi supra*, cap. 18. num. 71. & intellectus assignatus per Lafarte, in *eodem* cap. 18. num. 68. & 69. inter legem nostram & legem sequentem, non applaudit, tum quia est contra asserta per dictam subscriptio marginalem, *dist. l. 10. sequentis*, que subscriptio est omnino sequenda, ut alias diximus in *alio proposito in rubric. tit. 2. h. l. supra*, tum etiam quia lex nostra non sibi procedit cum bona sive mobilia sive immobilia venduntur facta scriptura de venditione sive non facta, licet in immobilibus lex nostra de scriptura meminerit, non est ut de ea omnino sit instrumentum considerandum, sed quia à communiter occurrentibus solet fieri, ut & in *proposito dist. l. 10. supra eodem*, dixit ipsemet Lafarte ubi tenet relaxari, & sicut intellectus Lafarte, inter legem nostram & sequentem non est sequendus, ita neq; est tenendus ille de Gironda de *Gabell. 4. part. §. 2. num. 16.* indistincte dicens legem nostram corrigere legem sequentem, nam non corrigi in omnibus, sed in contrariis tantum nostre legi, ut ibi bene advertit subscriptio marginalis, & licet lex sequens cum correcte sit in tempore ibi constituto possit excusari tunc in nostra compilatione apponatur, ob quod male Lafarte in *dist. num. 68.* carpit subscriptorem & collectorem Attienza, non debuit illum carere, tum quod non in totum, ut dixi corrigitur sequens lex, tum etiam quia oportet, apparere & constare multo ante legem quatuor Gabellarum esse alias leges aliorum regum de Gabellis sequentes. Et qualiter computabitur annus hie, & declarat Lafarte. *dist. cap. 18. num. 72.* scilicet ut solum profici quod deest illius anni à tempore venditionis, & insuper curant alii duo menses anni sequentis post venditionem secuti, & eodem modo circa immobilia, de quibus in vers. sequentis nostre legis.

Ibi, *Todo el año siguiente*, vide que diximus in glos. precedente, ubi & legem nostram limitavimus non procedere si præscriptio nostri temporis

temporis aliquo actu quo mediante præscriptio interruptitur: vel itidem non procedit quoad regem, quo ad eum enim nihil obstat temporis nostre legis, ut utrumque in lege sequente disponitur, que in hoc per nostram non est correcte, ut in precedente glos. dictum est. In Gabellis autem 8. herbarum & quo tempore debet peti vide l. 13. *supra eodem*, que cum specialiter disponat per eam lex nostra generalis limitanda est.

Ibi, *dentra de dos años*, vide circa hoc cap. 17. in *particularibus* Gabellarum jam disponens, quod scriptura venditionis immobilium & permutationis ac cambii omnino fiant coram tabellionibus publicis del. *num. loci* illius in quo contrahentes sunt vicini, & quod si coram aliis fiant nullo tempore Gabella eorum & præscribatur, que tanquam novior dispositio servanda est in suo casu, sed & adhuc teneo quod quamvis scriptura non fiat, si palam & publice facta est venilitio & permutatio immobilium adhuc currit præscriptio nostri tex. secus vero si occulte & clam & *dist. cap. 15.* meminit Gironda, *ubi supra*, num. 16. ad fin. quod capitulum præcedit, cum scriptura fit.

IN LEGEM VIGESIMAM.
SUMMARIUM.

Apponitur hic præscriptio contra conductores Gabellarum curruis, & limitatio eius.

Ibi, *Almoxarifazgos*. In iis vide, l. 1. tit. 24. *infra eodem*, que servanda est circa præscrip-

tionis tempus in iis portoribus apponens ut advertit Gironda de *Gabell. 4. part. §. 2. n. 17* & licet lex illa sit antiquior nostra, tamen illa servabitur eo quod in libris de la *contaduría*, est appositus, ut ibi dicit marginalis subscriptio, limitabitur tamen, & lex illa ex nostra ut non procedat quoties interrupta est præscriptio, vel quoties contra Regem præscribere quis vult, nam non sufficeret tempus illud, ut utrumque ex l. nostra probatur, que in iis ut dixi in lege precedente in glos. *en todo* non corrigitur.

Ibi, *Y quatro años*, circa Gabellas minuitur tempus ex lege precedente, que servanda est, & circa *almoxarifazgos* servabitur tempus *dist. l. 1. tit. 24. infra eodem*.

Ibi, *Hizo algun año a años por do la prescripción sea interrumpida*, de quibus diximus in l. 7. & in l. 1. si. *num. 41. tit. 15. lib. 4. supra*, & hæc est prima limitatio nostre legis ad precedentem & ad dictam, l. 1. tit. 24. *lib. isto infra*.

Ibi, *Y me ayu ligar en lo que a nos es o fuere devido ni en quello que queda por recaudar para nos*. Hæc est secunda limitatio legis precedente & *dist. l. 1. tit. 24. infra eodem*, ut tempus illarum non procedat quoad Regem, quoad quem non procedit præscriptio temporis illarum legum, & in iis duabus limitationibus lex nostra remanet incorrecta ut pluries dictum est hic, & in l. precedente, & cum iis finitur titulus iste decimus septimus.

TITULUS DECIMUS-OCTAVUS.

De que todas las personas son obligadas a pagar alcavala, y de las personas y concejos que son exemptos de ella, y de las cosas de que no se ha de pagar.

Cum in superiori titulo dictum sit generaliter de Gabellis, immedie sequitur noster disponens, omnes debere solvere Gabellas, nisi exempti sint.

IN LEGEM PRIMAM.

1. Contraria laicales non gaudens privilegio piam locorum, nisi ad piam causam sint constituta, ubi quid in collig. & num. 7. *id est* in professionem.
2. Collegium Doctorum & universitates secularium coram ecclesiastico conveniunt, num. 3.
3. Moniales & hospitalia ab ordinariis approbata pia sunt num. 4. & Gabellis immunita, ut ibi, nisi ut num. 5. & 6.
4. Fratres Ordinis mendicantium non solvant Gabellam num. 7.
5. Collegium aliud est contraria, & aliud persona una singulari r. *dist. n. 8. & n. 4.* ex hoc inferatur. *Azcedo in Recopilacionem*. Tom. VI.

6. Verba, ni orden, nostri text. ad quid referenda sunt, num. 9.
7. Nobilitas etiam non excusatur à Gabella etiam si sit de quatuor militaribus Ordinibus, num. 10. ubi num. 11. quid in millonem.
8. Externus a Regno sive Maurus, Indus aut Paganus ex venditis in eo debet Gabellam, num. 11.
9. Peregrinus gravans Regnicolarum tributis ob Regni utilitatem imposita, num. 12.
10. Jus non solvendi Gabellam præscribi non potest, num. 14. etiam per tempus immemorabile, ut num. 15. nisi ut num. 15. eodem, & num. 16. quod neque valebit allegare leges hæc non fuisse receptas, nisi post contradictionem transferit.

G ij tempus

tempus immemoriale pro hoc ut num. 17. vel nisi contra inferiorem a Rege prescribitur, ut men. 18.

11 Duodeni liberos habens aut excusatur a Gabelle, num. 18. & 19.

SUMMARIUM.

Nullus virtute etiam immemoralis consuetudinis excusatur a solvendo Gabelle, nisi habeat privilegium insertum in libro exemplarum.

1. **I**bi, Que nunguna ni alguna ciudad. Et sic neque civitas, collegium vel capitulum seculari, neque confratria laicorum ubi nihil pro ex pinculo animarum expenditur excusabuntur a Gabelle solutione, cum confratrie que pte non reputantur laicales censentur, neque gaudeant privilegio piorum locorum... 2. **I**bi, Behetria, quid sit diximus in rubrica tit. 5. num. 1. lib. 6. supra.

unde dicitur procuratore ad universitate vel Collegio constitutum in causa singularis... 1. **I**bi, Ni orden, videntur verba hęc contra l. 6. infra eadem, monasteria excusantem a Gabelle solutione, & monasteria hęc ordines quotidie nuncupamus, quomodo igitur verba hęc, ni orden, in lege nostra apponuntur & quomodo sunt intelligenda, ne sint dicti, confrica, & facilius excusabitis confratietatem si verba hęc ni orden, retuleris (prout referenda credo) ad precedencia verba, que nunguna ni alguna ciudad, villa ni logar realengo abadengo, ni orden, ita ut nulla civitas, villa, nec populus etiam si sit ordinis alicuius excusatur a Gabelle reum suarum venditarum, sicut neque antea dicit excusari etiam si sit de realengo vel abadengo & sic ad loca ordinis referuntur non vero ad monasteria ordinum, de quibus illa, l. 6. loquitur, & sic nullam confratietatem continent.

1. **I**bi, Behetria, quid sit diximus in rubrica tit. 5. num. 1. lib. 6. supra.

1. **I**bi, Nunguna cavallero, & sic nobilis etiam non excusatur a Gabelle solutione, & etiam si sit commendator quatuor militarium ordinum ut probatur in l. 9. infra eodem, ubi dicemus aliqua, sed videtur injusta nostra dispositio, & illa indem, cum nobiles hos antiquissimum Hispanie jus ab omni tributo liberaverit, ut & patet ex toto tit. 2. lib. 6. supra, ubi plura diximus maxime in ejus rubrica: sed ab hac injustitia liberat legem nostram Dominicus a Soto lib. 3. de just. & jur. quest. 5. art. 7. quem refert in propositum Lafarte de decim. vend. in praef. num. 34. & in cap. 19. num. 2. hoc scilicet, modo, quia cum plebs reliqua potis non esset omnes necessarios sumptus Regibus nostris suppeditare, propter magnam fortassis Hispanie nobilitatis multitudinem, æquitas fuit ut nobilium auxilio relevaretur, sicut & in concessione de l. 1. mil. lones, a regno Regi ac Domino nostro Philippo secundo facta hac de causa & ceteri alii nobiles etiam contribuerant ut probatur ex l. 20. tit. 32. part. 3. & dixi in l. 11. num. 2. tit. 2. lib. 1. supra, cum hoc publicum commodum respiciat, ut Rex habeat si necessitatus est, bona & redditus, quibus statum suam & nos uteri possit tempore, quo redditus sui ad hoc non sufficiunt.

1. **I**bi, Ni otras qualquier personas de qualquier ley, & sic Judæus, Maurus, Paganus vel quilibet alius exterus a regno nostro, si in eo aliquid vendat, vel permutet, debetibi Gabelleam per venditum, ut colligitur ex l. 24. tit. 19. infra eodem, eod quod in totius regni utilitatem, & defensionem hoc jus regie penditur, argumento tex. in Authentica, de man. prim. 6. publicorum, quo casu & peregrinos gravare debent regnicolarum tributa, ut ex Angl. in Flor. Titolog. quest. in questio. de res. vellig. Secundo dub. difficultat. 6. notat Lafarte. dicit. cap. 19. num. 3. **I**bi,

1. **I**bi, Por uso ni costumbre, non enim prescribi potest jus hoc consolvendi Gabelleam, & ut per Avend. cap. 4. prator. num. 20. lib. 2. quia de ragalibus sunt secundum eand. Avend. cap. 14. prator. num. 1. in eodem lib. 2. de quo tamen, quando tributa regi debita, & bona ac redditus Regii & immunitas non solvendi prescribi possit, diximus latē in l. 1. num. 41. cum seq. tit. 15. lib. 4. supra, & cum lex nostra consuetudinem reprobet apud tribunalia servabitur.

1. **I**bi, Aunque sea immemorial. Cautē fuerunt apposta hęc verba ad evitandas opinionum difficultates, an reprobara consuetudine esset nec nē reprobara immemoralis, & de quo diximus in l. 3. tit. 1. lib. 2. sup. num. 21. & tradit Mircha. contrav. usura. cap. 3. & Rochus in cap. fin. de consuetud. num. 5. usque ad 16. de quo & in propositum nostræ legis tradit Lafarte ubi supra cap. 19. num. 6. & 7. & Gironda de Gabel. 7. part. in prin. num. 1. & concordat cum nostra lege in hoc l. 2. tit. 15. lib. 4. supra, ubi aliqua diximus, licet ibi magis loquatur in his qui volunt eas exigere ob præsentiam prescriptionem, inquit, tamen Gironda ubi supra, 8. part. num. 39. in fin. cum sequentiibus, quod si immemoralis hęc consuetudo cum scientia & patientia Regis vel fuerit auditorum ut ibi, num. 37. & 39. fuerit introducta, hęc immemoralis servanda erit.

1. **I**bi, Aunque digan que nunca la pagaron, y que estan en posesion de no la pagar. & sic etiam si dicatur nunquam fuisse leges solvi Gabelleam admittas in loco illo, neque per illam allegantur, adhuc enim tunc solvenda est, ut advertit Lafarte l. cap. 19. num. 6. ad hoc nos allegans, neque quasi possessio non solvendi eas dari in his potest, tum quia ubi jus resistit nulla possessio vel quasi dari potest, ex tex. cap. ad decimas de res. l. speli. de quo alibi diximus, jus autem resistit si quis ab hoc onere solvendi excusetur, Rexque pro eis percipiendis ex jure isto fundat suam intentionem: ergo possessio vel quasi in contrarium dari non potest, tum etiam quia in his incorporalibus ut in propositum inquit Lafarte l. cap. 19. num. 49. vel factum aliquod contradictionis requiritur, & ut in actibus negativis, ut quamvis possessio acquiritur, ex gloss. l. qui in omnibus, ff. de serv. urb. contradicito tamen non datur, ubi solum dicitur, nunquam fuisse solutam, ergo quasi possessio ibi dari non potest, & sic in terminis inquit ibi ipse Lafarte tradere Rebus. 3. tom. cons. Fran. tit. de maritis possessor in præfatione num. 159. & dicit videndum Boher. decisione 146. circa istam possessionem non solvendi velligalia, ad his tamen glossas nostras ubi probavimus consuetudinem etiam immemoraliam non excusare neque quod nunquam fuit soluta, adde & nota quod si Rex has Gabelleas in aliqua parte alicui concesserit, vel donaverit contra istum bene habebit locum prescriptio etiam non sit & immemoralis non solvendi, secundum Suarez in quest. majestatis numero vigesimo quarto, pag. 437. cum suis repetitionibus posita.

1. **I**bi, Salvo si las tales mercader, y franquexas, & c. Arredo in Recopilacionem. Tom. VI.

fueren afirmadas en los nuestros libros de lo salvado, y sobre escriptas de nuestros contadores mayores, Hic videtur esse textum probantem contra id quod Avenda. capit. 19. prator. num. 26. in prin. lib. primo, dicit concedi quotidie in Regio consilio, ut habens duodecim liberos excusetur a muneribus realibus, sicut à personalibus, & inquit ibi se nescire quo jure id fiat, & pro eo videtur tex. hic nullo modo excusans aliquem à solutione Gabellearum, quod est munus reale, nisi habeat privilegium insertum in libro de lo salvado, & à calculatoribus Regis majoribus subscriptum, & sic videtur nullo modo excusari à solutione Gabelle habentem duodecim liberos, sed ut dicit Avendaño quotidie excusantur & in supremo consilio, & dantur ad hoc provisiones, & in facto habui consulere & consilium adit Regium consilium supremum, & data fuit provisio regia pro excusatione munerum tam realium & Gabelle quam personalium & nimirum, nam aliter nihil differet numerus hic à numero quinque liberorum & esset contra text. in l. si quis decario & quod ibi notat Barr. C. de decur. lib. 10.

IN LEGEM TERTIAM.

- 1. Princeps solvere Gabelleam non tenetur, nisi ampliat, num. 5. & 1. persequatur, & n. 3. & 4. penult. rationes.
- 2. Persona loquens videtur excepta in generalia sermone, num. 4.
- 3. Regina an gaudeat immunitate non solvendi Gabelleam, num. 6.
- 4. Monasteriis aut civitatibus locantes Gabelleas sunt immunes ab eis. mon. 7. & 8. & num. 9. auctoritate consilium circa hoc.
- 5. Gabelleam non tenentur pro parte sua solvere ementes a Rege nisi in casibus in jure expressis, num. 10.

SUMMARIUM.

Rex ex venditione vel permutacione civitatum ac villarum populorumque & bonorum suorum quorundam non debet solvere Gabelleam etiam si de aliis suis Hispani habitis & venditis, immo ex eis debet emptor Regi medietatem Gabelleasolvere.

1. **I**bi, Que nos no pagamos alcavala. Concorda, l. Aquaria, supra titulo precedenti, & l. licitatio, ff. de public. & velligal. & ibi glossa ubi Din. Ram. Barr. & Paul. de Castro. inferunt quod si princeps vel communitas aliqua vendit aut locat Gabelleam salis, vini, aut rei frumentarie vel contrarium & deinde hieus emat, & contrahat pro qua emptio & contractus privatus tenetur solvere Gabelleam, non tenentur princeps vel communitas solvere Gabelleas, & quod etiam firmavit Bald. & Salicet. l. emptor. C. de heredi. vend. Alexan. consil. 109. columna servida volumine 2. Afflic. capital. primo, num. 59 de duobus frat. in capitulo secundo vers. velligalia, num. 108. in tit. que sint regalia, Bertachin de Gabel. septima parte, num. 25. Boher. decisione 213. numero primo. Ruinus consilio

89 volumine primo, ubi ampliatur etiam si princeps mercimonii causa emat, alias si usus sui causa nihil plus juris quam privatus haberet, etiam si Roland. Valle, consilio 61. num. 33. volumine quarto, aliud velit, & loquantur isti DD. attentio jure antiquo secundum quod emptori incumbat onus solvendi Gabellam, & haec opinio quod sit Rex exemptus vel civitas non recognoscens superiorem, quae potest imponere Gabellam a solutione ejus sive emat sive vendat, de jure communis erat communis, & ex lege nostra approbatur, etiam si Barto. consil. 226. cavetur statuto, contrarium determinaverit, ex eo quod fiscus & princeps legibus subijciuntur, l. digna vox. C. de legibus, & idem Barto., & ejus additio. in l. 1. numero 6. C. de navio. lib. 10. sed loquitur Bar. contra dictam communem & contra legem nostram, & ratio nostrae legis & ejus conclusio, non est ex eo quod sit hoc princeps privilegium, ut male opinabatur Parlador. lib. 1. rer. quoti. capitulo tertio, §. 1. num. 2. quem reprobat in hoc Lafarte, de decim. vend. capitulo 19. num. 8. & iterum cap. 18. num. 93. sed fundatur nostra conclusio, ut inquit bene Bar. in d. §. sicut, quia princeps a seipso vectigal exigere nequit, igitur tale jus non potest videri in empotem vel conductorem Gabellarum translata, quia non entis nulla potest videri translatio, nulliusque persona vel res sibi ipsi servare potest. Ibi frui. ff. si usufructus Gabellae debentur a vassallis Regibus non etiam ab ipsismet regibus, nisi sibi ipsi aut aliis tributarii sint vel quasi, item est et alia ratio, quia in generali concessione exigendi vectigalia a quacunque persona non videtur includi persona locueticus l. ubi generis ff. de pig. l. inquis. C. de solus. glo. in d. emptor. quam DD. sequuntur, ubi determinat vendita hereditate empotem non posse hereditarias actiones contra venditorem dirigere quasi adversus eum non translata, & haec Regis immunitas procedit non solum si veniat in regno suo, sed etiam in terris dominorum particularium sibi subsectorum, ubi Gabella etiam est ipsorum dominorum secundum Lafarte in d. cap. 19. num. 8. Sed an regina gaudebit hac immunitate, quae & Lucas de Pen. in l. 3. C. de prop. fac. enb. inquit quod gaudet & sequitur Carolus à Grassalis lib. 1. 222. Fran. jur. 18. pag. 264. in part. ubi inquit quod non servatur in Hispania, quia ut ipse inquit audiville in civitate insigni Barchinonen. illo anno, 1532. civitates Aragonae coegerunt reginam Hispaniae Imperatrici ad solvendum jura consueti, & male, ut ibi inquit ipse Carol. sed hoc non facit jus ad hoc ut regina non gaudeat hac immunitate, gaudebit enim, sed an civitas vel magnates locantes alicui Gabellam & jus percipiendae si facta locacione vendant aliquas res sua. debet unum Gabellam ex venditione illa conductori illi Gabellarum, quae & in hoc Gironda de Gabell. secunda parte §. 2. num. 33. cum sequentibus inquit, esse duas opiniones contrarias. Prima est Bart. in l. 1. C. de navio. libro 10. dicens deberi Gabellam a civitate vel magnate, idem Bart. in consil. 226. & tenet Ballius, in praxi tit. vectig. qui tenet. num. 4. licet indecimum ibi reliquerit prout fecit Bertachin, de Gabell. 7. part. §. 2. num. 24. contrariam tamen senten-

tiam & sic quod Gabella non debetur in praedicto casu nec possit peti a civitate, vel magnate vendente, argu. l. licitatio. §. sicut, & l. si publicanus §. 2. ff. de pub. & vect. tenet idem Bart. sibi contrarius in eod. §. sicut, & ibi Din. & Paul. de Cast. n. 1. & etiam Alberi. dicens Pergami sic pronuntiarum vidisse, & hanc sequuntur plures relati per Girondam ubi supra, num. 34. ubi inquit Boher. decisio. 213. num. 2. ad si. asserere esse vetiorem & communiorum, & quod ab ea non putat discedere ipse Gironda ibidem, ubi & nu. 35. reprobatur Parlador. lib. 1. rer. quot. cap. 3. §. 1. nu. 31. cum sequentibus & Lafarte de decim. vend. cap. 18. nu. 92. & 93. primam contra hanc communem tenentes, inter quas inquit Parlado. ibi nu. 32. Bertachi, ubi supra concordiam ponere, scilicet, ut secunda opinio procedat in fisco, prima vero in aliis universitatibus non habentibus fiscum, & sic minus privilegiant, ita ut vis fiat in privilegio, quod supra reprobavimus. Et sic ego do. quae etiam & vetiorem concordiam, & scilicet, quod prima opinio procedat, & Gabella debeatur ab istis civitatibus & magnatibus locantibus aliis Gabellas, quoties jus Gabellarum non refertur in istis civitatibus & magnatibus, puta quia in terris suis Gabella Regis sunt, habent tamen eas locatas & capatas à Rege, & sic, prout via de entabecamento, prout quotidie fit, & neci potest, tunc enim si ipse civitates vel magnates ita habentes aliis locat minuitatem, vel cedendo eorum conductionem, tunc nimirum quod ipse civitates & magnates postea vendentes debeant Gabellas, quia nihil juris in eis istis civitatibus & magnatibus remanet, & in hoc casu loquitur Lafarte dicto, num. 94. & a num. 89. illud incepit, & in hoc verum dicit & non meruit reprehendi à Gironda, ubi supra. Secunda vero opinio procedat quoties civitas vel magnates aliqui sunt domini Gabellarum sui territorii & domini, sive quia non recognoscunt superiorem, sive quia etiam si recognoscant ex privilegio Regis vel ex alio legitimo titulo jus Gabellarum sui territorii & domini eis competit & tanquam suas proprias locant aliis ipsas Gabellas: tunc enim mirum non est, si quamvis id non caveant, non teneantur solvere Gabellam de suis rebus Gabellaris istis earum conductoribus, nam in hoc casu militant rationes, quas supra adduximus, & militare diximus in Rege, ne ipse teneatur solvere Gabellam, etiam si lex nostra facta non esset, cum ex dicto. §. sicut, & similibus de jure communi id statutum est, & si bene inspiciantur DD. secundae opinionis illi loquuntur & non in primo casu nostrae hujus concordiae, & ita videtur velle Lafarte, ubi supra junctis dictis ab eo in num. 94. neque obstat argumentum quod pro contraria parte considerat Parlador, ubi supra num. 33. dicens quod contra civitatem & magnatem urget regula quod contra eum, qui legem dicere potuit, aperiens est interpretatio facienda, nam haec procedere possit in primo membro hujus nostrae concordiae, in quo neque civitas neque Magnas habent suam intentionem fundatam, non vero in secundo membro ubi habent, & in quo istis conductoribus incumbit interpretationem facere, scilicet, quod civitas & Magnas teneantur Gabellam solvere, & hanc meam concordiam credo esse sequendam, nam jura communia

IN LEGEM SEXTAM.

communis ita loquuntur, lex nostra regem solum eximens à Gabellae solutione loquitur, cum ipsi Regi pertinet jus Gabellarum, non vero si alii jure legitimo pertineat, nam tunc idem quod in Rege censetur dispositum, militant namque eadem rationes, neque Regis justitia in privilegio fundatur, sed in jure ut dictum est, quod omnibus habentibus jus hoc Gabellarum quaedat, licet non desinat consulere quae civitatibus & magnatibus ex privilegio jus Gabellarum habentibus, & non ex jure proprio pro ut habet Rex, ut sibi providant circa haec in istis locacionum instrumentis, saltem ut opinionibus judicum & advocatorum viam non aperiant, sed potius claudant & lites evitent sine justas, sive injustas, praesertim attempta nostra lege, quae solum regem eximit, & quia resisteret iniquitas, scilicet, quod si rex ibidem bona venderet, aut deberet solvere Gabellam, quod non est dicendum, aut si ipse & Dominus excusarentur ab ea nimis gravarentur vicini, excusando regem & dominum, quae notabis quia non sic digesta reperies. Ibi, Pero que toda via paguen los compradores la mitad de la dicha alcavala de los azeites, similibus est textus, in l. quarta supra titulo precedente, ubi aliqua diximus, & specialis casus est hic, nam in aliis non expressis ementes à Rege non teneantur solvere Gabellam per portione sua, quae ita apparet ex Bald. consil. 31. volumine 1. aliter enim venditor minus venderet quantum capit Gabella, & privilegium suum sibi non prodesset, & ita vidisse praticari asserit Mar. Ant. Peregrin. in tracta. de privileg. ff. libro 6. tit. 4. num. 25. & sic iste est casus specialis praesertim cum ut apparet ex l. 1. supra tit. proxi. venditoribus & non emptoribus expectat onus Gabellam solvendi.

IN LEGEM QUARTAM

SUMMARIUM.

Gabella non debetur argenti, velleris & aris, & rasuratum emptarum aut venditarum pro domibus monetis, ubi Rex monetam eundi jussisset.

IN LEGEM QUINTAM.

Gabella non debetur de rebus venditis pro solutione bullae cruciatae.

SUMMARIUM.

Gabella non debetur de rebus Sanctae Cruciate.

Ibi, De las cosas que se tomenen. Junctis verbis, si vendideren por ellos o sus fazedores, notabis quod lex nostra de rebus Sanctae Cruciate tantum loquitur, pro ut apparet in sumuario, puta si fortassis ob non solutionem bullarum vel peccatorum solutione res aliqua capiantur per thesaurarios Cruciate vel factores eorum quae nulla debetur Gabella ex text. nostro, ita ut necesse sit ut lex nostra locum habeat quod sint de rebus captis & venditis ratione Sanctae Cruciate vel per factores eorum, quasi secus si per alios vel si per ipsos non sit de rebus tangentibus Cruciatam ipsam, nam tunc debetur Gabella per argumentum à contrario (sumptum à nostra lege, vel per argumentum ab speciali.

Azcedo in Recopilationem. Tom. VI.

- 1 Erroreum est asserere quod Ecclesia & eorum ministri non sint divites.
- 2 Ecclesia & ecclesiastici immunes sunt à Gabellis.
- 3 Hospitalia, confraternitates pias & alia loca pia quae privilegio Ecclesiarum potiuntur exempta esse à Gabellis ubi quid de collegiis Salmanticensibus.
- 4 Exigens ab Ecclesia & ecclesiasticis personis Gabellas excommunicatus est.
- 5 Clerici qui sint ii, qui immunes sunt à Gabellis, & num. 6, quid in clericis minorum ordinum, n. 7.
- 6 Clericus negotiator solvit Gabellam ex negotiatione, n. 8.
- 7 Clericus & laicus si vendant rem communem laicus solvit pro sua parte Gabellam, clericus vero non, n. 9, ubi & idem si laicus permutes rem cum clericis.

SUMMARIUM.

Ecclesia, monasteria & clerici Gabellam solvere non tenentur bonorum suorum.

Ibi, Por que nuestras intenciones, nam cum à Regibus istis & Principibus ac Imperatoribus fuerint constructae & dotatae Ecclesiae & monasteria, ut apparet ex donatione magni Constantini, de qua diximus in l. 5. tit. 2. lib. 1. supra, ubi retulimus Boher. dicentem vocem esse uno de coelo auditam, dicentem, hodie seminatam est venenum aspidum in Ecclesia Dei, & quod ob nimias pompas & divitias occidentalis Ecclesiae peribit, quasi quo magis Ecclesia ditescit eo magis periclitatur, secundum Salicet, in rubrica de verb. sign. relatum per Minchac. contravers. usufrequent. cap. 6. numero secundo, ubi inquit non esse credendum aut verosimile dictam vocem de coelo auditam, & omnia haec apud viros graves male subaudiunt aures eorum, nam de Constantini donatione dubitare, & quod Ecclesiae & eorum ministri non sint divites asserere, prout asserbat Duarenus, erroneum esse, quae asserit Dionis. Paul. in suo fisco. clericor. part. 1. §. 2. de avaritia nu. 58. cum pluribus sequentibus, sic & alii Imperatores dotaverunt & construxerunt Ecclesias, & plura privilegia eis dederunt, de quibus dixi in l. 6. columna penultima titulo tertio, libro primo, supra & probat. l. 50. titulo sexta part. prima, & noster Philippus secundus eminentem ac sumptuosissimam construxit ac dotavit Ecclesiam beato Laurentio in Escorial. admirabilis aedificii, & donationis, & ideo mirum non est, ut semper Regis sit conservare Ecclesias & eorum ministros, & monasteria & eorum privilegia servari jubere.

Ibi, Lei san guardadas las franquicias, De quibus & in titulo de immunit. Eccles. in decretal. & in tit. 1. lib. 1. supra, & per Didacum Perez, in lib. 1. ordi. tit. 3. sub. l. 1. inter quae privilegia & exemptiones. una haec est, quod tributum, vectigal, quae aut Gabellam non solvant, idque à antiquissimis temporibus decimum videbis, ex dictis per nos in l. 3. & 11. num. 1. tit. 3. lib. 1. supra, quae hic refertur supervacaneum esse, & G iij trade-

tradebat Panormit. in cap. 1. columna 2. de consub-
relatus per Did. Perez in dict. tit. 3. l. 1. r.
ord. sub. l. 1. col. 93. in fin. cum pri. seq. &
Duenas in regu. 100. in pri. id pluribus jur. bns
comprobat. & ampliat. & limitat. & in hoc
nihil est immorandum cum habeamus legem
nostram expresse. sunt enim honorandi clerici
ob multas rationes per Cassane. in Cathalo. glor.
mundi. 4. par. conf. 1. cum. 6. sequent. relatum.

Ibi. Qualesq. i. g. i. e. s. y. monasterios. & sic
ad hospitalia. confraternitates & loca religiosa.
& pia. & que privilegijs potuntur Ecclesiarum
excusantur. ut in terminis nostris tradit Felicia-
nus in tracta. de censu. lib. 2. c. 1. f. num. 16. &
Girona de Gabella. 7. p. in pri. n. 43. quid de
allegijs. Substantia. & Gutier. 1. parte. cano. 9.
c. p. 3. aliqua de iis dicit. & in l. 1. supra co-
ar. vlti.

Ibi. Clericus de ipso vraya. Similis est text. in
capit. quinquam de censu. in. 6. & in clem. 2.
presenti. col. 11. in. c. 1. de immo. Ecclesi. in. 6.
& in capitulo 47. Grousi. & in l. 50. tit. 6.
part. 1. & id esse de iure divino tradit Medina.
de restitu. quesi. 13. & infra hoc glo. & in l. 3.
& 12. tit. 3. lib. 1. supra. plura alia adduximus.
& ibidem in iis locis tenent DD. ordinarij de alijs
plures relati per Loazaro. lib. 1. rer. quod. capit.
3. §. 1. n. 3. cum sequenti. & Lafarte. de decim.
vend. cap. 19. n. 9. cum sequenti. pluribus Felicia.
de censu. lib. 2. ca. 11. n. 13. Girona. de Gabella. 7.
part. in pri. num. 2. & hoc est indubitata con-
clusio. adeo ut si Gabellarius iniuste Gabellam a
clerico petierit. si est privatus excommunicatus
ipso iure. si est universitas & interdictum incur-
rit. neque absolvitur donec restituatur exacta
Gabella. si ab eo invito exacta fuit ut apparet ex
dict. cap. quinquam. de censu. in. 6. & Girona
ubi supra. n. 1. n. 1. & Salo. de iust. & iure
cap. 190. pag. 449. ubi et in bulla eterna inquit
incurrere tales exactores & Angles. in floribus
Theol. quesi. 11. de restit. vltig. in. 5. disse. ubi
in. 2. dubio. inquit iure divino eis competere
hanc exemptionem de quo per Salo. ubi supra
capit. 191. col. 2. hanc tamen omnes predicti
nostri DD. Regij intelligunt. dum tamen cleri-
cos talis sit sacro ordine & ordinatus vel si
minor ordine tantum. habeat tamen beneficium
Ecclesiasticum in actu & habitu ex l. 1. tit. 4.
lib. 1. supra. ubi n. 3. diuimus quod dicitur
beneficium ecclesiasticum secus vero erit in cle-
rico minorum ordinum non beneficiato. & etiam
si gaudere debeat fori privilegio. nam non
gaudebit privilegio ne solvat Gabellam ex text.
jam sic decedente in l. 1. tit. 4. lib. 1. supra.
ubi diximus & supra dicti auctores nos allegant.
& licet multi dura lex videatur. neque
satisfaciat responsio ei. data ad Concilium Tri-
dentinum. ubi clericorum minorum ordinum
exemptione loquens scilicet. quod procedit
quoad fori privilegium. non vero quoad
alia privilegia. non solum non est bona res-
ponsio. sed est contra ipsos & contra illam
legem. nam si concilium tantum voluit pro-
videre prout voluit quoad fori privilegium
novam formam inducens. & renovans anti-
quas. ergo alia privilegia non tollit neque
corripit. sed in suo esse remanent. & sic hanc
de exemptione vltig. Gabellarum ex dicto

capitulo quinquam & similibus. in suo esse
remanent. sed si hanc allegaveris. non audieris.
sed potius irideberis. eo quod lex est & in
foro seculari servari omnino iubebitur. &
praxi totius Hispanie sic esse usum alleverat
& Joseph. Angles. in suis Theolog. quistionibus. in
titulo de restitution. vltigal. difficut. 5. & eo re-
lato Salo. ubi supra capitul. 191. in prin. &
quia clerici minorum ordinum. ut ibi ipse
dicit non sunt Ecclesiastici. & sequitur Di-
dacus Perez. l. prima titulo tertio. libro primo
ordin. in quadam additione marginali. ad con-
secraturam illius leg. prima super ea incerta. &
Doctos Segura in suo directorio. iud. Ecclesi. 1.
parte capitulo 11. numero septimo. & novissime
Joan. Gutier. in quast. pract. lib. quast. 8. & Hu-
mada in l. 46. gl. 3. n. 4. & in l. 54. tit. 6. p.
1. gl. 2. num. 10. cum seq. & Lafarte ubi supra.
d. 6. 19. num. 18. cum tribus seq. & Felician.
ubi supra ubi nos. & supra dictos allegant.
quos ante eos ego allegatos & iunctos habebam.
& Jacob a Grassis. decis. 124. num. 21.
casum confitentia. Limitatur tamen lex nostra
per sequentem. nisi talis clericus exemptus sit
negotiator & nam tunc solvet Gabellam ex ne-
gotiatione ex l. 1. seq. ubi alia dicemus. alias
questiones adducunt de clericis Lafarte ubi su-
pra a num. 2. 9. cum seq. pluribus. & Girona
ubi supra a num. 2. cum pluribus seq. & per Pa-
la d. 8. 1. num. 2. cum seq. quas per ipsos vi-
debis. faciles enim sunt. excepta illa de bonis
venditis per testamentarios clericis exempti pro
executione fori testamenti antequam hereditas
adeatur. vel de iustis vendi per ipsum cleri-
cum in suo testamento pro implemento suae
anime & testamenti ac debitorum. nam in iis
dubito de eorum opinionibus & coartare mihi
plus satisfaciunt.

Ibi. Por lo que a ellos toca y puede tocar. Et sic
si clericus & laicus tunc inter eos communem
vendant. pro parte sua clericus erit exemptus
a Gabella. laicus vero non. & sed ex sua
parte solvet laicus ipse Gabellam. vel itidem
si laicus rem suam permutet cum alia re ali-
cujus clericus solvet laicus de re sua decemam
Gabelle. neque utetur privilegio clerici. ut
inquit Freder. de Sen. conf. 111. quastio talis est
an dixerunt columna penultima. & Covar. in
Pract. cap. 34. num. 2. & Did. Per. relati &
secuti per Lafarte. d. cap. 19. num. 16. & 17.
sic ex lege nostra deducens in iis verbis & se-
quitur Mexia in pragon. panis. conclus. 5. num.
77. & Boher. decis. 300. de an exigens a cle-
ricis restituere teneatur. vide Ludov. a Carbone
de restitution. quastion. 33. dub. 7. ubi
limitat.

IN LEGEM SEPTIMAM.

- 1 Leges extenduntur ad forum Ecclesiasticum non
ex vi ipsarum legum. sed ex confirmatione cano-
nica.
- 2 Negotiationes & mercantia clericis prohibita
sunt.
- 3 Clerici negotiatores de iure canonico Gabellam ex
negotiatione debent n.
- 4 Clericus negotiator quis dicatur. & n. 8.
- 5 Commutatio verum duplex est. & n. 6.

6 Non

6 Non quicumque carius vendit. quam emit.
negotiator. sed solum qui ad hoc emit ut carius
vendat.

7 Clericus lucri causa inhians iniustus & vniuerso
lucris indignus efficitur privilegio clericali.

8 Clericus vinum proprium vendens. vel id quod
superest de eo. quod villis ad suam. vel suorum
sustentationem emit iusto pretio tanq. curatore.
& carius vendit. vel si mutata forma ut si sibi
materia operandi. vel qui pro una vice tantum
emit. non dicitur negotiator. num. 9. 10.
& 11.

9 Monitio trina an sit necessaria ut clericus nego-
tiator Gabellam debeat. n. 12.

10 Gabella a clerico negotiatore qualiter & coram
quo iudice erit exigenda. n. 13.

11 Clericus de personis patentibus est. eo n. 15.

12 Secularis non potest iudicare clericum etiam cle-
rici consentiente. eod. n. 13.

13 Clericus mercator coram iudicibus secularibus
mercatorum convenitur super rebus mercantia.
n. 14.

14 Verba nostri text. Por via de mercaderia.trato
& negociacion. Quomodo intelliguntur. eod.
n. 14. & 15.

SUMMARIUM.

Dicitur in lege precedente non habent locum in cle-
rico vel Ecclesia negotiantibus. & per viam mercat-
ur & negotiantis vendentibus. nam Gabellam
solvent.

Ibi. Mandamus que no aya lugar. Sed quo-
modo lex hanc cum clericis & Ecclesiis facta
est. nunquid non super spiritualibus iudi-
candi nulla est laicis attributa potestas? & non
esse fatendum est. quomodo ergo lex nostra
fieri potuit. cui difficultati responde. fieri pos-
set. quia non obvia iuri canonico. nec Eccle-
siastica libertati. ut ex pluribus iuribus in glo-
sequenti allegatis videbitis. extenduntur enim
leges ad forum Ecclesiasticum. quatenus iuri
canonico contrarie non sunt. non quidem ex vi
& potestate ipsarum legum. sed ex confirmatione
& ipsa canonica. ex eleganter resolujs per Fortun.
Garfia de vltim. iur. civil. illatione 13. & 14.
sic lex nostra non tam per se disponitur. ut cle-
rici negotiatores Gabellam debeant. id enim non
posset efficere ex defectu imperij. quam quodd
iubet observari id quod alias iure canonico sta-
tutum est. ut in nostris terminis inquirunt Min-
chaca. & Mexi. relati & secuti per Lafarte
dict. cap. 19. num. 51. in medio. & glossa 1. l.
50. tit. 6. par. 1. & colleclanea juris canonici.
pag. 52. num. 2.

Ibi. En lo que los clerigos. intellige in sacris
constituti ordinibus. vel si in minoribus. bene-
ficia tamen possidentes. nam de iis dixit lex
precedens ut ibi diximus. & notat in terminis
Jacobus de Grabis. in decisio. casu. conficien. libro
2. cap. 118. numero nono.

Ibi. E iglesias. Contra videbatur tenere Abb.
in cap. fur. iun. 4. & num. 10. de vir. & honestate
Clericorum.

Ibi. Venderen por via de mercaderia.trato y
negociacion. Quia clericis & Ecclesiis prohibita
sunt. ex text. in cap. fornicari. & cap. negotia-

rem & cap. cientes. 88. dist. cap. 2. ne cler. vel
mon. & Canonum & ca. quicumque 14. quesi. 3.
clerici enim non solum debent abstinere ab his.
quae sunt secundum se mala. sed etiam ab his.
quae habent speciem mali. ut in negotiatione
coningit. tum quia est ordinata ad lucrum
terrenum. cuius clerici debent esse contempto-
res. tum etiam propter frequentia negotiatorum
vitia. quia difficulter exiuit negotiatioe a pec-
catis labiorum. ut ecclesiastes. 26. negotiatio-
que-nimis implicat animum secularibus curis.
& per consequens a spiritualibus retrahit. &
per Apost. ad Timotheum. nemo militans Deo
implicat se negotijs secularibus. & ideo ex
negotiatione iuste lex nostra iuber Gabellam a
clericis negotiatoribus debere. prout de iure ca-
nonico etiam & dispositum reperimus. & ex cap.
quoniam de censibus lib. 6. & ex cap. fin. de vit.
& honest. cler. tex. in clem. fi. de censibus. & ibi
glos. & 4. 46. & 49. tit. 6. par. 1. Abb. consil.
6. volu. 1. & alii plures relati per Duenas in
reg. 100. fallentia. 11. & Dida. Perez in l. 1. tit.
3. lib. 1. ordin. colom. 94. & Bernard. Diaz &
eius Addi. in pract. crim. cano. ca. negotiatores
& per Lafarte de decim. vendi. cap. 19. num. 51.
& Girona de Gabella. 7. part. in pri. num. 8. &
Parlador. lib. 1. rer. quod. cap. 3. §. 1. num. 4.
& Felice. de censibus lib. 2. cap. fin. in fi. & An-
gles. in dict. 5. differ. 8. Salo. de iust. & iur.
cap. 190. in pri. & de hoc nihil est dubitandum.
quia haec est recepta sententia. ut inquit Min-
cha. de successio. creati. lib. 1. §. 10. num. 648.
Sed difficultas consistit in hoc. quid dicitur
negotiator. & in hoc Sanctus Chrysolomus
super Math. 21. relatus per Sanctum Thomam.
in 2. 2. quastio. 77. art. 4. inquit quicumque
rem comparat. ut integram. & immutatam
vendendo lucretur. ille est mercator. qui de
templo Dei eicitur. & sic inquit ibi Sanctus
Thom. in resp. ad primum. quodd verbum
Chrylo. est intelligendum de negotiatione.
secundum quod ultimum finem in lucro con-
stituit. quodd praecipue videtur. quando aliquis
rem non immutatam carius vendidit. hic enim
lucrum pra oculis habet. quodd est proprium
negotiationis. ut ex l. 46. tit. 6. par. 1. clarif-
sime deducitur. secus vero si rem in melius
mutatam carius vendat. quam emit. tunc enim
videtur praemium sui laboris accipere quamvis
& ipsum lucrum possit licite intendi non sicut
ultimus finis. sed propter alium finem necessa-
rium & honestum. unde Philos. Politico 1. in-
quit quod duplex est rerum & commutatio. una
quidem quasi naturalis. & necessaria. per quam
scilicet. sit commutatio rei ad rem. vel rerum
& denariorum propter necessitatem vitae. & talis
commutatio non proprie pertinet ad negotiatio-
nes. sed magis ad economicos. & politicos.
qui habent providere vel domum vel civitatem
de rebus necessarijs ad vitam. & hoc fieri potest.
ut inquit in propositum Jacobus de Grassis. in
decisio. casu. consi. lib. 2. cap. 118. num. 8. vel a
natura. ut equum. qui crevit vel cum porcos
minoris aetatis & debiles clericus in defensus sui
patrimonij vel beneficii immitit ut grossi sunt.
vel ab arte. velut ensem expolitum. vel si res
esset mutata ratione loci. vel temporis. ut
emendo victualia tempore messis. ut postea
carius

carius vendantur, vel si empta in magna quantitate vendantur immuniti, vel ratione laborum & periculi, ut quia emptor rem detulit cum labore & periculo in locum, ubi nullum habet pretium res empta, tunc enim sicut non peccat vendendo eam carius, ut inquit ibi Jacob, de Graffis dicit. num. 8. ita neque dicitur negotiari, quia mutam eam vendit, neque lucrum est finis ultimus, sed in sic sibi & suis provideat, nam non quicunque carius vendit quam emac negotiatur, sed solum qui ad hoc emit ut carius vendat, ut inquit Thom. ubi supra. Alia vero commutationis species est, vel denariorum ad denarios, vel quatuordecim rerum ad denarios, non propter res necessarias, sed propter lucrum, quod clerici debent abstinere ad lucrum querendum, & haec quidem negotiatio proprie videtur ad negotiatores pertinere, secundum Philonem prima autem commutatio laudabilis est, quia deservit naturali necessitati, secunda autem iuste vituperatur, quia quantum est de se deservit cupiditati liciti, quae terminum nescit, & in insulsum tenat, & ideo negotiatio secundum se considerata quaedam turpitudinem habet, in quantum non imponat de sui ratione licentiam honestam, vel necessariam, lucrum tamen, quod est negotiationis finis, & si in sui ratione non imponat aliquid honestum, vel necessarium, nihil tamen impedit de sui ratione virtuosum, vel virtuti contrarium, vel nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquem finem necessarium vel etiam honestum, & sic negotiatio licite reddetur, sicut cum aliquis lucrum moderatum quod negotiando quaerit, ordinat ad domum suae sustentationem, vel etiam ad subventionem indigentibus, vel etiam cum aliquis negotiationem intendit propter publicam utilitatem, ne scilicet, res necessariae ad vitam pariter desint, & lucrum experit, non quasi finem, sed quasi spem diem laboris, tunc enim non proprie negociare quis dicitur, sicut, ut peccatum incurrit, & restitutioni subiacet, ut inquit Thom. ubi supra hoc referens, & optime per Magis. Humada in opusculis suis de negotiatione, ecclesiasticis. Sed cum quis rem emit & non immutatam vendit quia hic proprie lucro inhiat, & ultimus ejus finis lucrum est, ideo nimirum si hic negotiator dicatur, ut clericus sic emens & vendens Gabellae solvenda exemptus non sit, & hunc esse proprie negotiatorem in terminis nostris, probatur ex dicto capitulo, quoniam de consuetudine, & ex dictis iuribus, officium enim indignum privilegio clericali clericus us inhians in iustis & vituperosis propter lucrum, & ita inquit Abb. cons. 6. num. 2. volum. 1. Iste Bertachi, de Gabell. 7. part. num. 10. & 11, & alii relati per Duenas Regu. 100. num. 11. & Humada. l. 46. titul. 6. part. 1. glof. 3. num. 1. & Gironda de Gabell. 7. part. in prin. num. 13. & Lassar de decim. veru. cap. 19. num. 12. & ante eos Albert. Troci de veto & persid. cleri. lib. 2. cap. 52. & 53, & Additio Bern. Diaz, in pract. Cano. cap. 55. vers. hinc capitis, & Jacob. de Graffis, in decisione 128. num. 5. & 8. de cons. 124. casuum consilii. & Fredericus de Senis cons. 207. qui omnes inquit clericum tunc negotiari dicit, quando non propter lucrum in sua integra forma vendit, tunc lucrum facienti causa, sed cum licet

emit ita ut sic et materia aliquid operandi & sua opera, vel industria mutam vendiderit, aut permutaverit, qui tunc negotiari non dicitur, nec decimam debet, aut aliud quodcumque tributum, per text. expressum in cap. ejusdem & in cap. quid aliquid. 88. dist. 8. & hanc communem testatur Navar. in Manual. Latin. cap. 27. m. 128. & sic clericus qui vendit vinum, granum aut oleum ex propriis fundis, ut & per Clapeyrium, in sententia. Confarum fiscalis. causa. 35. quaf. 78. Salon. de inf. & jur. cap. 190. pag. 51. col. 1. ad fi. & Decium cons. 472. num. fin. vel ut quod superest de eo, & quod vilius ad suam vel suorum sustentationem emit iusto pretio tunc carere, & carius vendit, non dicitur negotiator, nec qui mutata forma ut sit sibi materia operandi, neque qui pro una vice id fecit, & secundum 10 Addit. Bernardi. Diaz ubi supra non vers. sequent. & per Dicit. dicitur, & Gironda ubi supra num. 13. etiam ipse & male ibidem, & Lassar, dicit. cap. 19. num. 87. veluti nulla lege accente etiam licet vendat & emit non mutata forma dicit negotiatorem, neque requirit id pluries facere sicut ante de jure dictum est requirit, sed falluntur in hoc, nec praxis hoc admittit, nisi apud iudices animae iuxta immemores, neque lex nostra tale quid probat, neque disponit eum generaliter loquatur, & sic secundum speciales juris canonici decisiones est intelligenda, ex quibus habes regulam sciens, quod clericus negotiator & in propositum nostrum text. tantum est qui rem emit & immutatam vendit ut licet sit ubi causa, & hoc non una vice tantum, sed pluries, hic enim Gabellam debet, sed alias, ut novissime in additionato colligit tradit Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 2. num. 5. in fi. usque ad 13. & optime Francus in 6. quoniam de cons. 6. Sed est questio in propositum necessaria, nunquid ut Gabellam debeat clericus hic negotiator, erit necessaria prima monitio, ne negotietur, an vero nulla requiratur, & in hoc necessarium videri probatur, ex ca. fin. de vit. & honest. cleri. & ex dicto cap. quoniam de cons. in 6. & ex l. 49. tit. 6. part. 1. & sic hanc opinionem in iis terminis tenet Abb. in dicto cap. fin. vnde. fi. & ibi Anto. de Batt. num. 4. & Joan. de Imol. num. 5. & Feli. cap. Ecclesia Sancta Maria, numer. 68. de cons. & idem Abb. cons. 6. in fi. vol. 1. ubi dicit, quod si Gabellae de mercantiis clericorum solvantur non procedente monitione eo est, quia laici non patiuntur eas introduci absque soltatione, & Cardin. cons. 12. Bal. in l. usurpationem. C. de vestigal. Specu. in tit. de immunit. Ecclesia & Additio. Bernar. Diaz, in pract. Cano. cap. 55. vers. sed an hoc casu necessaria sit, dicens, quod cum hoc privilegium clericorum divinis laicis vel canonicis constitutionibus clericis constitutum sit, ad Romanum Pontificem eorum speciat interpretatio, ut in cap. novu. de iudi. non equidem exemptio hanc adimi nec limitari potest, nisi quatenus expressum sit, eodem jure canonico cui in hoc standum est, neque haec est iudicanda restrictio ad legem nostram, sed vera interpretatio, ex dictis iuribus deprompta, neque ex hoc illudiora redditur lex nostra cum in minimo negotio monitio tunc a prelati liciti possit, & crescente contumacia clerici no-

lensis ab inceptis negotiis desistere, statim possunt ad Gabellae solutionem condemnari, & ibi allegat Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 1. num. 4. ita etiam tenentem, & tenet Felicia. de consil. lib. 2. ca. fi. in fi. & sic inquit Michael Salon de inf. & jur. cap. 191. col. 2. in prin. non teneri tales clericos negotiantes statim in conscientia Gabellam solvere nisi ter moniti sunt abstinere se a talibus negotiationibus. Contrarium tamen opinionem, imo quod hanc Gabellae solutionem ulla monitio non requiratur, videtur fundari ex lege nostra eam non requirente, & quia si aliud fieret redderetur utique illudior nostra lex, nam quis clericus post trimum auderet monitionem postea negotiari, & sic frustraretur intentio nostrae legis, item quia in elem. presenti de consuetudine dicitur, ut gaudeant in iis, quae negotiandi causa non deserunt, juncta glossa ibi dicitur, quod a contrario datur intelligi, quod in his quae negotiandi causa deserunt non gaudent immunitate, ut & ibi notat Card. post Paulum, & Speculatorem, de immunit. Eccles. in fin. item quia consuetudine introduci potest quod nulla circa hoc monitio requiratur, secundum Abb. cons. 6. in fi. volum. 1. sed nostri DD. asserunt ita in nostro Regno introductum, ut & asserit ipse Parlador supra num. 5. & Gironda de Gabell. 7. part. in prin. num. 10. & sic hanc secundam opinionem tenet primus nostrorum Gregor. in dict. l. 49. glof. Lalar. tit. 6. part. 1. ob cuius auctoritatem inquit additio Berna. Diaz, ubi supra, quod haec secunda forte in practica observabitur, hanc etiam sequitur Gironda ubi supra & Lassar de decim. veru. cap. 19. num. 79. & novissime Humada in dict. l. 49. tit. 6. part. 1. num. 1. cum sequent. dignibus, ubi allegat Lupum Domi. & Fran. in dict. cap. quoniam, de cons. in 6. per text. ibi tenentem etiam attento jure canonico, & Card. dicit. elem. presenti, num. 11. & Navar. in monu. cap. 17. num. 201. qui tamen meo videri nihil de monitione requirenda nec ne, dicitur, & sic non potest pro hac opinione allegari, ipse tamen Humada, ibi num. 1. in medio, inquit hanc secundam contra primam opinionem esse veritorem, & communem, quam sequendam crederem ubi consuetudinem approbatam repererim non aliam, & tunc quoad hanc Gabellarum solutionem perdant clerici privilegia sua absque monitione, non vero quoad alia, quoad quae ut perdantur monitio trina requiritur, secundum Fran. in dict. cap. quoniam, in fi. de cons. in 6. & Grego. in dict. glof. Lalar. dicta. l. 49. sic declarando dictam legem ibi, sed est quaedam, quam diffitem vocant Lassar, & Gironda, infra allegandi, qualiter erit exigenda 13 dicta Gabellae & clericis negotiatoris, id est a qua persona, & coram quo iudice, & in hoc Lassar in d. c. 19. num. 84. inquit ex Castello. l. 70. Taur. ver. Y el alcavala, in additio. in vers. si vero illam habuit, quod exigenda est ab emptore laico, ex decisio. l. 120. quatenus Gabellarum postea in l. 52. tit. 19. procedunt signatis istis lib. 9. jubentis, quod quando quis emit a persona potentiori decimam petiti Gabellario solvendam, retinere debet eam, clericus autem de personis potentioribus est secundum Collecta. in c. 1. de aliena. jud. mur. etc. facti sequuntur per Did.

Perez, in l. 1. glof. 1. vers. item etiam persona. col. 122. tit. 3. lib. 1. Ord. ergo ab emptore peti potest, & re vera id securus erit, sed dubitatio non evadit ex hoc, nam & a clerico negotiatore peti potest Gabella, vel ab ipso venditore, sive ab emptore pro clerico eam solvente eam cessione actionis a Gabellario facta, & sic dubium remanet coram quo iudice petenda erit, & in hoc sunt opiniones: nam quod coram ecclesiastico & non coram seculari petenda haec sit Gabella, tenentur Card. in d. elem. presenti, in 6. quaf. & Bal. & Abb. Soci. & & alii relati & secuti per Additio Bernar. Diaz in pract. cap. 55. negotiantes vers. erit tamen haec Gabella, & relati per Gironda, de Gabell. 7. part. in prin. num. 24. & 33. & Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 1. num. 12. in fin. ex eo quod clericus coram suo iudice ecclesiastico conveniendus est, cap. 1. de for. comm. & secularis ecclesiasticas personas non debet iudicare, cap. nullus, cap. significasti cap. fin. de for. comp. etiam si clericus consentiat, ut ibidem probatur, & in cap. clericum 12. quaf. 1. §. 1. tit. 3. lib. 1. Recop. antequam omnem humanam legem clerici exempti fuerant a potestate seculari, ut diximus in dict. l. 5. tit. 3. lib. 1. supra, libertateque ecclesiastica non potest tolli per legem vel statutum, cap. novu. de sentent. excom. cap. fin. de imm. eccles. in 6. nihilominus tamen, imo quod clericus hic negotiator coram seculari pro Gabellae solutione conveniendus sit, tenentur alii plures relati & secuti per Girondam, ubi supra, num. 25. ubi nos pro hac opinione allegat, sicut & eam sequendo clarior dicta nostra in hoc allegando allegavit Lassar, de decim. veru. cap. 19. num. 84. & hanc etiam opinionem tenent succedens Humada in dict. l. 49. tit. 6. part. 1. glof. 1. num. 3. & Benue. de iur. 3. part. num. 9. in tit. quom. procl. sit. in can. iur. veru. num. 17. & Mexia, in prag. par. consilii. 5. num. 23. & Greg. d. l. 49. ibidem in glof. Lasfrancoezas, licet pro contraria opinione eum allegaverit, & male Additionator Bernar. Diaz ubi supra, quam etiam opinionem sequitur Auffed. in vsp. elem. 1. de offi. ord. in tit. de pot. fecul. super ecclesiasti. regula 1. fallentia, 32. ex text. in cap. recoleant, de statu Monacho. ibi, si enim relinquit originalem ordinis instituti ad commercia velaverit, ab omni monasteriorum iura decessere oportet, veru. communis ius consert, quia dignum est, in qui similitem cum alii carum suspensum & simitem sententiam in legitime disciplinam, & fieri quod pro huiusmodi text. principaliter concludit Anchar. cons. 104. incipienti contra fratres. Et quia si ut dictum est supra clericus negotiator quantum ad hoc perdit privilegia, & eis non ulitur, neque potest uti, nimirum si coram seculari pro Gabellae solutione conveniri possit, nam & clericus mercator eorum iudicibus secularibus mercatorum pro super rebus mercantiae convenitur ut diximus in rub. tit. 14. lib. 1. supra num. 8. & tenent quasi sibi contrarius idem Additionator Bern. Diaz ubi supra in vers. nos ubi etiam utiliter, & collectanea juris canonici ad cap. procedit 23. quaf. 5. num. 2. adeo ut advocatus qui in hoc ministeret protevus apud iudices seculares iudicaretur, sed in hoc debent seculares multum advertere ne personam clerici capiant aut molestant

molestem super hoc, sed per pignorum captionem procedant. in l. 1. tit. 3. lib. 1. Recopil. in quo bene nos tenuisse inquit Lafarte ubi supra, & in praxi sic hanc opinio secunda recepta est, ita ut dum vellem in facto religiosos quosdam, super hoc coram suis ecclesiasticis iudicibus defendere, in regio consilio Calculatorum rejecta fuit eorum intentio, & de Gabella cognitum, etiamsi ex negotiationis causa non debebatur, quod mihi duram visum fuit, cum cessaret tunc ratio huius secunda opinionis, sed tanta est potestas & vis Gabella solvenda, ut nec ranc detur locus fori privilegio, quod rationi & juri consonum non iudico rejecta negotiationis materia, de qua nos loquimur in presenti, sed ex quadam concordia regia cum commendatoribus militiae Sancti Jacobi de Spata, inserta in ordinationibus charcellarum Pinedare, in cap. 1. fol. 8. in prin. dicitur quod circa negotia tangentia patrimonium Regis & Regiam praesentiam etiam contra clericos & religiosos Regi seculares iudices cognoscere solet, sed ex quadam concordia consuevit eorum ut ibi, & hac pro huius questionis resolutione & declaratione nostrae legis sufficiant solum unum advertendo prout advertit Lafarte dist. cap. 19. num. 80. verba haec nostri text. per via de mercaderia trato, y negociacion, non esse omnia copulative posita, sed disjunctiva, ita ut sicut antea in contextura antiqua clarius dicebat, trata de mercaderia, y negociacion, ut verbum, illud, trata, nihil efficiet sed tantum disponeret, verbum, mercaderia, & verbum negociacion, ita ut tractaret clericus tanquam mercator, vel negotiator, ut Gabellam deberet, ita & hodie ex nostris verbis, verbum, mercaderia, de per se apponatur, & verbum trata y negociacion etiam de per se, disjunctivè à verbo mercaderia, sit appositum, copulative tamen apponatur verbum negociacion, cum verbo trata, ita ut non subsistat clericum tractare, ut Gabella ex tractu debeatur, sed quod requiritur tractare negotiando & non aliter, ita ut tractatus solus non sufficiat, aliter enim etiam ex eis, quae clericus tractaret ad sui & suorum sustentationem non per viam negotiationis, neque mutata forma Gabellam deberet quod esset absurdum, & lex nostra disponente non posset, sed quod intelligatur verbum trata y negociacion, copulative apponi, ita ut non sufficiat tractatus nisi sit per viam negotiationis, disjunctivè tamen apponatur verbum trata y negociacion, à verbo, per via de mercaderia, nam & clericus mercator debet Gabellam, ut dictum est, quia secundum statuta Laicorum mercatorum regulandus est, & consequenter cum mercatura, & negotiatio non ex uno actu verificatur sed ex pluribus, verba haec nostri text. supra dicto modo intellecta non in uno actu verificentur prout male ex eis absque fundamento desumpsit Lafarte ubi supra, num. 87, sed remanserit hoc in dispositione juris communis, ut saltem binus actus requiratur, & ita appareat ex verbo illo, trata, quod in una vice verificari non potest, sed cum pluries tractatum est, & ita intellecta verba haec nostri text. remanent ejus contextura suis declarata.

IN LEGEM OCTAVAM.

- 1 Lex nostra an sit contra libertatem Ecclesiasticam, & num. 5, responderetur.
2 Lex civilis nec directe neque indirecte potest statuere contra libertatem ecclesiasticam,
3 Lex aut statutum non valent disponentia quod in ecclesiis aut ecclesiasticas personas non possunt immobilia alienari,
4 Lex etiam si jubeat omnia praedia debere esse tributaria, nihil nocet ecclesiis, aut ecclesiasticis personis, & num. 6. & 7.
5 Qua dicantur contra libertatem ecclesiasticam, & num. 7.
6 Bona vendita à laicis remanent hypothecata a pro coram Gabella, n. 8. & sic transiit cum onere hoc ad quemcumque vadat, num. 9.
7 Gabella exactio praefertur omnibus creditoribus, num. 10. 11. & 12. ubi declaratur.
8 Possidens rem ex qua debetur Gabella si eam solvenda potest eam recuperare à venditore rei illius, num. 13.
9 Gabella an praefertur decima clericis debita, n. 14.

SUMMARIUM.

Vendentes res suas clericis & personis Ecclesiasticis & exemptis solvere debent Gabellas ac si alii laici venderent, adeo ut si venditores reperiri non poterint ab ipsi bonis venditis quae obligata & hypothecata remanent pro ipsa Gabella, Gabella recuperetur.

Ibi, Mandamus que si los dichos clergos, Iglefias, y monasterios. Videtur legem nostram esse in duobus contra libertatem ecclesiasticam, & consequenter fieri non potuisse, nam primo disponit quod si laici res suas clericis, Ecclesiis vel monasteriis venderint solvant Gabellas ac si alii laici vendidissent, sed ex hoc supposito sit clericis & Ecclesiis praerjudicium, tum quia eis libere vendere non permittitur, tum etiam quia carius hac de causa ement res has à laicis, ergo contra libertatem ecclesiasticam est, ut inquit Tirag. de retrat. tit. 1. de Linagiel. §. 1. glos. 11. n. 11. nā non solum non potest lex directe statuere contra clericos & Ecclesias, verum neque indirectè, ita per modum praesumptionis inducitur, nec per modum poenae imponenda vel auferenda, ut optime per Minchaca, lib. 1. de successione, creatio, §. 10. num. 658 in fi. cum pluribus precedentibus, quem ad hoc allegat Matienpo in l. 11. glos. 5. tit. 10. lib. 5. Recopil. in num. 3. & sic magis communis est opinio, quod non valeat lex vel statutum disponent, quod in Ecclesia & in ecclesiasticas personas non possunt immobilia alienari, ut tenet Bart. in l. filius famulatus, §. divi. de leg. 1. ubi DD. maxime Jaston. in 2. lect. num. 81. ubi hanc dicit magis communem & sequendam in iudicando & consulendo, ubi à num. 71. incepti quaestionem. Secundo videtur legem nostram esse contra libertatem ecclesiasticam in eo quod in fine ejus disponit, immobilia vendita Ecclesiis & ecclesiasticis personis per laicos remanere obligata pro solutione Gabella à tali laico debent ex venditione eorum, nam si lex jubeat omnia praedia esse tri-

butaria nihil nocere debet Ecclesiis etiam in acquisitionibus, quia videtur Ecclesiis & clericis esse nociva, praeterquam si de eis mentio fiat in tali lege, ut tenet Jacob. Butrica. in Authentica item nulla communis C. de episc. & cler. & hanc contra Bart. contrariam tenentem dicit communem las. in l. placet. 2. lect. n. 21. C. de Sacros. Eccles. quem & alios plures refert Mincho. cautero, q. 10. cap. 6. & Alvarus Velaz de jur. emphe. questio. 17. num. 7. & Matienpo ubi sup. num. 5. ubi ex hoc dicit in num. 4. non fuisse in nostra Recopilacione insertam l. 7. tit. 9. lib. 5. ordinationum, qua statuebatur, neminem Regi subditum posse bona immobilia alienare in exemptos, & regiae jurisdictioni non subijeci, & si alienaverit quantum valoris veri partem Regi date tenebatur; neque obstant quae contra hanc opinionem considerat ipse Mincha. in dist. cap. 6. scilicet, quod sicut potest quilibet rei suae apponere gravamen de non transferendo eam in Ecclesias & personas Ecclesiasticas, ita etiam poterit lex quia fundamentum hoc cessat, tum quia circa res particulares non vero in universum procedit haec abjectio, tum etiam quia res haec scilicet est prohibentis talem alienationem; & in re sua quilibet est moderator & arbiter, sed questio nostra procedit & loquitur circa res subditorum, item loquitur universaliter, & sic fundamentum Minchacae cessat, quare videtur legem nostram procedere non posse. Sed us nihilominus non obstantibus pro observatione & justificatione nostrae legis respondere potest. Primo quod in presenti nullo modo prohibetur alienatio bonorum à laicis faciendi in Ecclesias & ecclesiasticas personas ac monasteria, sed permittitur potius & sic cessat prima obiectio de doctrina Bart. & aliorum in dist. §. divi, & Navar. in Man. latius cap. 27. num. 130. in fin. Secundo quia efficere praedia tributaria simpliciter, & maxime non facta mentione clericorum (prout hic non fit) dum tributariis efficiuntur, non est prohibendum, quia non ligant clericos & ecclesiasticas personas talia statuta secundum quod DD. dicunt in dist. §. divi, maxime las. vel melius & verius dices quod efficere praedia tributaria cum causa & vero colore, ne scilicet, regum patrimonii praerjudicetur, licitum est, ita cum ad subveniendum necessitatibus regum id fiat, & sine fraude & odio ecclesiarum, & ne alias deus locus fraudibus defraudandi jura regum ex Gabellis debita, ut optime in propositum inquit Dec. in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 52. ad fin. de consuet. relatus & secutus per Velasco in dist. tract. de jur. emphe. quest. 17. num. 7. vers. ex rationibus, praeterquam cum ipsi clerici & Ecclesiae nihil solvant, neque tam sit lex nostra ut ipsae Ecclesiasticae personae pro Gabella conveniantur, quam quod laici ipsi solvant, id quod alias de jure debebant, prout voluit Lafarte. capitula. 11. num. 12. & quia multi tenent, & communem dicant, secundum Tiraque. ubi sup. num. 12. emptores rerum ecclesiasticarum non gaudent immunitate Gabellarum, licet Ecclesia gaudeat, ergo multo melius disponi potest, ut venditores clericis vendentes excusentur à Gabella, cum ipsi venditoribus incumbat solutio Gabella, & nisi sic legem nostram declares, sustineri minime posset, & quae dicantur contra

libertatem ecclesiasticam, diximus remissivè in l. 1. num. 3. lib. 1. supra, num. 2. & 3. & per Calcanem consil. 7. colun. 6. in fin. cum sequentibus. Ibi, De los heredamientos y otras cosas que se vendieren a los dichos clergos, y personas exentas se pedia cabrar el alcavala, & sic non ab ipsis clericis, sed à rebus ipsis venditis, & consequenter clerici non conveniantur, neque ipsi solvant, sed ex re ipsa onere Gabellae affecta solutio fiet, sicut & ex ea potest recuperari decima Deo debita si non erat antea soluta ex l. fin. tit. 20. part. 1. valeoque argumentum de decima ad tributum & contra, & hoc est attentata Bal. cautela de qua nos diximus in l. 1. tit. 3. lib. 1. Recop. & nos refertur Lafarte, in dist. tracta. de decim. vend. cap. 19. num. 84. in fin. item & ex iis verbis nostri text. junctis sequentibus finalibus nostri text. dum dicit, sean obligados los dichos heredamientos y cosas que fueren vendidas, collige duo notabilia, primo quod bona ipsa vendita à laicis remanent hypothecata pro Gabella ipsa ita ut appareat clarè ex dictis verbis 8 nostri text. & probatur ex l. Imperatores. ff. de publi. & velig. & ex l. 1. cap. in quib. causis & ibi Bart. & in l. fin. C. si ne cens. vel veli. & cum legem nostram habeamus nihil est de hoc dubitandum, & legem nostram alia allegans notat ad hoc Gironda, de Gabell. 4. part. num. 3. cum sequentibus, aliquid §. 1. secundum quod res vendita est statim affecta pro Gabella, & est onus ipsi rei assivum & sic ad quemcumque vadat transit cum onere ita suo solvendi illam, vel potius ut 9 ubi ipsamet se possit recuperare etiam ad ecclesias, & ecclesiasticas transeat personas, & hoc denotat finalia verba nostri text. ex quibus Gironda ubi supra, inquit quod Gabella exactio praefertur omnibus ita creditoribus, ex Lafarte ubi sup. cap. 10. 7. annu. 59. ubi ipse Lafarte pro hac opinione allegavit nos in l. 10. tit. 6. num. 2. ad fin. lib. 3. supra, ubi non ita generaliter nos locuti sumus, sicut ipse nos allegat, non enim ibidem loquimur respectu omnium creditorum vendentium bona sua, sed tantum respectu illius creditoris, pro quo satisfaciendo bona creditoris ita venduntur 11 tur executata virtute sententiae, de remate, cujus creditoris respectu ex bonis illis sit vendendis prius est solvenda Gabella ipsius venditionis in publica subhastatione vice executivae factae, quam creditoris exequenti, debitum suum, vel quom Gabellarius perit Gabellam sibi solvi ab ipsis bonis venditis prout nostra lex loquitur, eo quod sunt haec expensa necessariae ad solutionem creditoris huic faciendam, non autem nos loquimur quoties bona alicujus debitoris impetuntur à pluribus creditoribus pro solvendis debitis suis, vel dum creditor aliquis perit sibi solvi ex bonis debitoris tale debitum, & Gabellarius pro Gabella sibi alias debita ex venditione aliquarum rerum vel mercanarum opponit se, & prius inquit sibi solvendam Gabellam ex bonis ipsius debitoris, tunc enim, creditor ille, ita prior 12 est in tempore & habet hypothecam bona debitoris praerferret utique Gabellario in bonis debitoris pro debito suo, & hoc nulli dubium, quia prior hypotheca etiam sisco praerferret, sicut & dicitur ut alibi diximus, & de jure clarum est & consequenter doctrina Lafarte, & Gironda intellecta generaliter vera non est, neque procedit

procedit, nisi tantum, in casu in quo bona aliqua pro satisfaciendis creditoribus vendentur, non tunc Gabella talis venditionis prius est solvenda, tanquam necessarium p[re]ambulum pro satisfactioe ista, non vero alias, & si bene pendantur dicta per Lasarte dist. num. 59. & 60. ita voluit tenere, licet Gironda in dist. num. 7. generaliter eum voluerit loqui. Ex quibus infert ipse Gironda ibidem in num. 9. vers. nota etiam, quod si emptor alicujus rei de qua debetur Gabella, pro qua sit hypothecata ratione p[re]dicta hypothecae decimam vel Gabellam solverit pro venditore vero debitore, poterit p[re]dictum solutum recipere ab eo, & ejus heredibus, ex text. in l. si frater. C. communi, ubi jud. si fundam. C. de eccl[esi]a. l. solutus in prin. ff. de actio. emptioe quae ad hoc allegat glof. in l. Imperatores. ff. de vellet. & Freder. de Sen. cons. 81. & alia allegat per Gironda ubi supra, num. 10. ubi num. 8. ponit quaestionem, an decima clericis debita p[re]feratur Gabella, & in hoc nulli dubium nisi quod decima p[re]feratur, eo quod decima Deo datur, qui cunctis rebus debet p[re]ferri.

IN LEGEM NONAM.

Commendatores debent Gabellam solvere de annuis, nisi tantum de fructibus commendarum.

SUMMARIUM.

- 1 Militarium ordinum qui meminerim,
Ibi, Quae los comendadores, Neminem eorum excludi, sed omnes comprehendit, ut clarius ex verbis sequentibus colligitur, quod examinabat Minchaca, ex professo in controversiis, illust. capit. 105. num. 49. & iterum de successio. crea. libro 3. §. 30. 3. parte 3. num. 306. & Duchaz regul. 100. ampliat. §. 8. & novissime Lasarte de decim. vend. capit. 19. num. 92. Gironda de Gabell. 7. part. in prin. num. 46. ad fin. cum duobus sequentibus ubi non allegat & in ordinacionibus Cancellarie Pinciane adfunt duae schedule regiae sic dispositae, in lib. 3. titul. 9. De los comendadores, & de iis ordinibus meminit Volaterranus in suis commentariis lib. 2. cap. 10. & Petrus Gregorius in Syntagma, jur. lib. 15. cap. 33. cum 2. seq.
Ibi, Sane, Ioh. hi veri religiosi sunt, ut diximus in l. 1. titulo quinto libro tertio. Recop. & Pet. Greg. in Syntag. juris lib. 15. cap. 34.

IN LEGEM DECIMAM.

Gabella non debetur ab extraneis à Maurorum terra ex prima eorum venditione.

SUMMARIUM.

- 1 Venditor rei aliena de qua Dominus non debet Gabellam non debet vendens eam.
2 Immunitas concessa simpliciter intelligitur esse perpetua, nisi aliud sit dictum, num. 3.
4 Lex 2. C. de diversis rescrip. licet loquatur in rescriptis iustitia procedit etiam in literis grajosis.

5 Privilegia quon latissimè licet interpretari.

Ibi, Ellos, o avros por ellos, Hic habes tex. expressum probantem, quod vendens alieno nomine rem aliquam alicujus personae exempra Gabellae solutione nullam debet Gabellam, quam ad hoc allegat Lasarte de decim. vend. capitulo 15. num. 9. & nos diximus alia in l. prima in glossa venditores, tit. 17. supra eodem.

Ibi, Que esto se entienda de la primera venta, sed nonne beneficium principis debet esse mansurum & sic in perpetuum valere, & hoc quidem fatendum est, ex capitulo decem de regulis juris in sexto l. beneficium ff. de consuet. princ. & immunitas concessa simpliciter intelligitur esse perpetua, & secundum Alber. in le. cum quidam in suo ff. de annuo legat. ex quo & beneficium concessum incarcerationis censetur in perpetuum extendi, ut per Signorol. consil. 97. num. 11. & Pet. Pecium in eavgent. docet, ubi alia ipse & alii adducunt in propositum, quae licet vera sint, fallunt tamen, & non procedunt quoties aliud in privilegio est determinatum, nam tunc illud servandum est, licet & temporale, & ad tempus concedatur ex text. in l. 2. C. de diversis rescrip. qui quidem licet in rescriptis iustitiae loquatur, procedit etiam in literis & privilegiis grajosis, & ut ibi ultra alios advertit Menoch. & ex dist. cap. docet id probat, & ex Authentica constitutio qua de dign. §. fin. eod. 6. quoniam iam licuit semperque licet privilegia inter pretari ut quam latissime & illa pateant ex dist. l. beneficium & ex l. immunitates ff. de jur. immu. l. ex facto. ff. de vulga. l. si quando C. de bonis vacant. lib. 10. cap. cum dilectis, extra de donatis. l. 28. tit. 34. part. 7. & ideo non ultra primam venditionem intelligeretur privilegium nostri text. esse concessum declaravit ut pro prima tantum intelligeretur venditione, & sic ad nostram legem adnotavit Lasarte de decim. vend. cap. 20. num. 57.

Lex 11. & sequentes usque ad leg. 34. sunt particularium locorum & personarum immunitates, quae quidem ex suis concessionibus & privilegiis regulandae sunt, & tenores eorum sunt observandi, cum declarationibus à legibus iis appositis & designatis, & sic commentatione pro nunc non egent, alibi fortassis inter consilia mea in propositum privilegii Antonii Gaziae & suorum aliqua repeties notata digna, circa illa verba, de sus criancas y labranças & circa alia privilegii illius verba, quae hic esset longum referre cum ibidem videri possint Deo volente, & interim vide Marcum Antonium Eugen. consilio. 92. & Menochium consil. 390. libro 4.

IN LEGEM TRIGESIMAM-QUARTAM.

Gabella non debetur ex pane cocto, ex equo multo, & mulabus selle, venditis cum sella & freno, neque ex moneta montata, neque ex libris latinis aut Hispanis verbis compositis, neque de acibus de caça.

SUMMARIUM.

- 1 Panis cocti appellatioe comprehenditur in nostra lege frumentis Hordei, vel Mayx, ubi quid si venditur in massa non. 2.
2 Panis ex sale cocti Gabella debetur.
3 Gabella an debeatur ex artoceis & pastillis, & sibilitis vulgo Buñuelos.
4 Gabella an debetur ex pane cocto cum re alia novum nomen assumendo.
5 Panifica ac pistrices vulgo Panaderas, an debeant Gabellam ex tritico eis per alium vel per annonam dato, ut ex quilibet faneca tot panes habeant.
6 Sartor an debeat Gabellam ex panis cocto tradito ad faciendas cabigas sine aliud quid, vel dominus panis.
7 Panifica quare inagrecantur si negligant afferre panem coctum ad locum publicum vendendum.
8 Quoriam plura remissioe ibid. ubi & quis primo equum ascendit.
9 Gabella quare ex equorum venditione non debetur.
10 Equorum appellatioe, qui continentur.
11 Lex 6. tit. 15. part. 7. quomodo intelligatur, num. 10.
12 Equulus diminutioe est ad equo, num. 11.
13 Similia ubi dicuntur quoriam sunt termini diversi una vero ratio vel qualitas, eod. num. 12.
14 Gabella non debetur ex equibus venditis, n. 12.
15 Masculinum concipi foeminitum etiam in privilegiis, n. 12.
16 Gabella non debetur ex venditione equorum & equarum si cum freno & sella vendantur, sequens opinionem Lasarte, aliter secundum opinionem authoris, num. 12. & 13.
17 Copulativa pro disjunctiva plerumque ponitur, num. 14.
18 Clausula multa ubi habetur sensum de per se non ad omnia praecedentia, sed ad proximiorum clausulam referuntur, num. 15.
19 Clausula generalis subsequens non comprehendit ea de quibus erat expressa facta mentio, num. 16.
20 Equi si vendantur cum sella & freno non debentur Gabella etiam si dicatur quod solus ipse & non sella & frenum venditur, num. 17. & 18.
21 Gabella debetur ex freno & sella de per se venditis, num. 19.
22 Gabella non debetur ex equo pulino liberibus matris adhibito si cum matre vendatur, n. 20.
23 Lex nostra ad alia animalia quam in expressa non extenditur, num. 21.
24 Gabella debetur ex venditione muli aut mulae etiam cum sella venditorum si antea solita erant portare ciuitellam non vero sellam, n. 22. & 23.
25 Equo vel mula venditis an censatur etiam vendita sella & frenum, num. 24. 25. 26. & 27. limitatur.
26 Redhibitoria agi potest si intra 60. dies ornamenta quibus equus vel mula aut mulus vendita sunt non reddantur, num. 26.
27 Vendita equa vel vacca an & pullus ejus venditus censatur, num. 28.
28 Recurrit appellatioe venimus aves, argentea vel arca, & omnes rei nisi debeat pecunia monetata, num. 29. & 30.
29 Mentio ubi fit de pecunia numerata intelligitur Azvedo in Recopilacionem. Tom. VI.

ius de nummis, non. 31. ubi declaratur & intelligitur.

30 Libris sunt & Bello defenditur Resp. & totus mandus, num. 32.

Ibi, De pan cocto, ut principalis prius ponitur in lege nostra, & late ejus significatio accipienda est scilicet, ut comprehendat non solum panem coctum ex tritico & farina ejus factum, verum ex hordeo, vel ex maye & apud Indos & in nostra Hispania apud descendentes ex Maurorum gentibus, ex iis enim non debetur Gabella quia panis est coctus, ut bene legem nostram intelligere voluit Lasarte, de decim. vend. cap. 20. num. 4. ubi num. 5. id alio aliquos velle, & male, extendere dicit voluisse ut & de paniculis salis non deberetur, sed saluntur in hoc quia sal non est panis, licet ex sale cocti fiant paniculi illi, & sic fuisse iudicatum & bene asserit Lasarte ibi, & post hac scripta eum referens sequitur Castillo, in politica de correjor. libro 3. cap. 3. num. 38. & consideranda est dictio nostri text. cocto, quasi non idem sit si in massa antequam coquatur vendatur: nam debetur Gabella, & quia panis coctus requiritur à lege nostra, & cui verba non conveniunt non convenit dispositio, ut in propositum tenet Castillo, ubi supra, num. 58. in medio sequendo Gironda de gabellis, 7. part. §. 1. num. 16. ubi num. 17. inquit legem nostram in artoceis & pastillis, & sibilitis, quae de massa fraxa sunt, quod buñuelos y fraxa de sarten y rixcochos, appellamus esse intelligendam & procedere ut de eis Gabella non debeatur, cujus contrarium tenet Salazar, sequutus & relatus per Castillo in dicto num. 58. ego opinionem Gironda in artoceis & pastillis quia ex pane cocto fiant admitterem, in illis vero buñuelos y fraxa de sarten non admittem, in illis vero buñuelos y fraxa de sarten non admitto & quia deficit qualitas coctura, neque coquantur, licet & non extendi quod intelligi legem nostram in pane cocto cum re alia mixto ita ut in aliam trahat speciem, quia panis cocti, novumque nomen sortitur, veluti si ovis, faceret, melle, oleo aut butiro, vel aliis rebus conditus & fit inquit & tenet Lasarte dicto cap. 20. numero 6. ubi a num. 8. usque ad 15. exclusivè prosequitur quaestionem, de qua quotidie interrogaveris, an scilicet, pistrices, hoc est panaderas, debeant Gabellam solvere ex tritico eis per alium dato, vel ex annonae publicae sumpto, ut tot panes reddat pro faneca, in hac enim quaestione alii dicebant, Gabellam deberi, alii vero nullam & in facti contingencia discceptatum vidi & ego consilium praebui, in hunc modum, scilicet, quod si pistrices haeritrici fanecam recipiebant ut tantummodo in pane cocto fam redderent domino pro sustentatione sua, vel annonae publicae ut pro ipsa annonae per ejus administratorem venderetur, pro publica sustentatione, tunc utique nulla debebatur Gabella, à domino vel annonae etiam si conventum esset ut tot panes mihi ex faneca tritici mei redderet, quia in iis casibus, neque est emptio, quia non intervenit pecunia, neque est permutatio quia non do ut aliud mihi des, sed ex eo quod meum est praebas panem coctum, & sic para

pars rei mee, licet mutata, reddatur, ad quod considerat Lafarte, ubi supra, numero tertio ex textu in lege si tibi arca ff. de prescript. verbis, ubi cum eram meam tibi dedissem eo pacto, ut infula adificata, partem ejus mihi redderes, Iulianus ait emptioem non esse, quia pretii loco partem rei mee recipio, & ibi verbum emptioem & bene, contractum includi inquit ibidem ipse Lafarte, sed re vera lege aliqua non egemus in hoc casu, sed viva ratione, scilicet, quod id quod tibi trado idem mihi reddis, & sic ego ex traditione ista, per quam res illa tua non sit, sed mea remanet Gabellam non debeo, neque tu itidem debebis, quia meum quod est reddis, & non tuum, & tu ex labore tuo non debes Gabellam, & sic clarum est annonam & pittrices in hoc casu nullam debere, ut tenet Castillo, in dicto num. 18. in principio sicut si factori alicui tradidisset pannum ut ex eo mihi faceret pallium aut caligas, five aliud quid, neque ego debeo Gabellam, neque factor, quia tibi nihil hinc inde recipimus, sed quod est meum mihi prebex, licet mutata forma, sed si pittrices hanc ex annonam publicam recipere triticum & pro toto nummos redderet pro qualibet faneca, & ex ea panes coctos ab ipsa tibi confectos venderet publice & in platea publica ut suos, tunc utique Dominus tritici & annonam deberet Gabellam ex tritici venditione, quia vere tunc venditio est, cum pittrices ipse in hoc casu suum efficiant triticum, licet cum obligatione vendendi panes coctos ab inde profectos pro publica sustentatione & pretium abinde interveniant, ipse tamen pittrices nullam debebunt Gabellam quia emptores sunt tritici illius, & ex pane cocto ab eis vendito nullam ex lege nostra teneantur solvere Gabellam, & sic questionem hanc multo antequam Lafarte, & Castillo suas in publicum profertent sententias consulit & alii consulerunt, & est vera hanc resolutio & distinctio: & quare tunc pittrices incarerentur si non adimpleant ex parte sua partem ipsam coctum ex tritico illo tibi publice vendendo, sed sibi potius retinendo, Lafarte ubi supra n. 9. & 10. duas assignabat rationes, sed eam ego esse crederem scilicet, quia iustitie mandata non adimplent, iustitia enim, & sic rectores deputati pro annonam administratione eis jubent ut tali die panem illum in forum publicum adducant, ut omnibus vendatur, & cum id non adimpleverint resistunt iustis mandatis, & sic delinquant, & consequenter incarerari possunt, & quia nullum aliud congruentius remedium reperiri potest, ut promissa adimpleant, ideo nimirum si incarerentur, si non adimpleverint, presertim cum regulariter pittrices hanc in foro publico vendentes viles mulieres sint & pauperes, & quod alio modo compelli ad hoc non possunt, & post hoc Castillo, sequens Lafarte has refert & alias rationes, ubi supra, num. 70. & 71.

Ibi, ni de los cavallos. De equo & caballo plures questiones per modum tractatus proponit Hippolytus Bonacosa, in tractatu, de equo sine caballo, in secunda parte tom. sexti, tract. diversorum Doctorum, secundum novam impressionem eorum, ubi ex Costio Rodigino aliqua descripsit in principio, circa equorum ferocitatem, & utilitatem, & quis primo equum ascen-

dit, & de aliquibus equis singularia retulit dicta, que cum non sint ad declarationem nostram legis necessaria omitto ea, de quibus & per Plinium, libro octavo: capitulo 42. & quomodo boni equi dignoscantur tradit Virgil. in Georg. in hac verba, argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga, & quatuor in equo esse inspicienda, tradit Isidorus, in libro 12. Etymologiarum cap. 1. ut ibi per cum, & insimilitates equorum & curam eorum describit Petr. de crescentiis, de commodis ruralium, lib. 9. que per ipsos videbuntur: ex quibus quoad nostram legem solum notare licet legem nostram ob id ex venditione equorum statuere Gabellam non debere, quia nimis necessarii sunt ad bellorum usum, & ad juvenem 9 hominum, & quia sic placuit legislatori, & cum de equis lex nostra meminisset, eorum appellatione, nedum equus, sed & rocinus quoque & si qua sunt alia tilius speciei animalia, continentur, quia licet in corpore & statura differant secundum plus vel minus, non dicuntur in genere, vel in substantia differre, argum. tex. in l. fin. ff. de fund. instrum. & l. Scaphium: ff. de evictio. & advertit Mexia, in l. de Toledo 2. part. fundamento 4. num. 10. quem ita tenens refert Lafarte de decim. vend. capit. 10. num. 16. etiam Girona de Gabell. 7. part. 5. 1. num. 24. & 25. aliud vellet & male, & sic est intelligenda l. 6. tit. 15. part. 7. quam ibi allegat Lafarte, ad dicendum quod equus & rocinus differunt, nam hanc differentiam consideratur respectu corporis & staturæ, non vero respectu substantiæ, nam equulus diminutivus est tibi ab equo, l. cum qui §. item jumento ubi quorum sequela erat, equulus, ff. de furt. nam secundum Bald. in l. de quibus ff. de legib. illa familia dicuntur quorum sunt termini diversi, una vero ratio vel qualitas, imo & ut optime advertit Lafarte in dicto num. 16. & Girona ubi supra, num. 21. & 22. idem dicendum est in equabus tibi venditis, ex eis enim non debetur Gabella, tum quia masculinum concipit femininum ex l. si ita scriptum in prin. ff. de leg. 2. quæ & in privilegiis locum habet, secundum Tiraquel. de retrat. l. inagiel. §. 1. glof. 9. num. 207. & id etiam probati inquit Lafarte ibi ex l. servus legatus, §. fin. & l. qui duos de leg. tertio, & quia eadem est ratio, & major in equabus, sicut in equis, quia majorem sustinent laborem quam equi, ut ibi advertit ipse Lafarte, num. 17. inquit tamen, ibi ipse Lafarte, num. 18. id intelligendum esse dum tamen equus & equa vendantur cum freno & sella, idque deducit ex verbis sequentibus, ensillados, y enfrenados, volens verba hanc referenda esse non solum ad verba proxima precedentia, de las mulas, y machos de silla, sed etiam ad antecedentia ante-hac, ni de cavallos, hinc fundans, tum ex eo quod dictio illa, inest copulativa, & sic conjungit omnia hanc scilicet, cavallos mulas, y machos, tum etiam quia clausula sequens ad omnia precedentia videtur, referenda tum etiam ex text. in l. 2. in §. fin. tit. 19. libro sexto, supra ibi, agora las vendan ensillados y enfrenados, & ita inquit ipse Lafarte ibidem, esse communem proximi & consuetudinem intelligendi verba hanc. Ego tamen, salva ejus pace,

pace, & aliorumque idem quod ipse sententiam, teneo legem nostram in equis & equabus venditis non requiri ad excusandam Gabellam quod vendantur cum sella, & freno, sed sufficere sine eis vendi, cum uno solo muelle a hocada, ut Gabella non debeatur ex tali venditione, cum Mexia ubi supra num. 34. ex eisdem fundamentis, quibus ipse Lafarte se fundat, & primo, quia si dictio illa, in est copulativa, de natura copulativa est inter diversa poni, ut est glof. & ibi omnia in l. prima, ff. de just. & jur. sed cum ut diversa ponantur in presenti equi ad mulabus & mulis, diversa est ratio in unis quam in aliis consideranda, ita ut in equis non requiramus qualitatem illam, Ensillados y enfrenados, in mulis & mulabus vero sic, & ad oculum experientis, que est rerum magistra id patet, nam equi & communiter accidentibus plus servant selle & freno quam muli & mulæ a magis communiter accidentibus, clittelle, & non selle & freno applicantur, ergo diversum debet esse jus, & sic lex nostra id presentiens, cum loquitur de mulis & mulabus addit, de silla, quod non addidit verbo illi, cavallos, cum ergo hanc qualitatem addiderit mulis & mulabus, non vero equis, verba illa sequentia, que se vendieren y trocaren ensillados y enfrenados, ad mulas & mulos voluit referre, non vero ad equos, item quia dictio illa, si disjunctive potest hic considerari, cum plerumque copulativa tibi pro disjunctiva ponatur, ex text. & materia in l. fin. C. de verb. sign. & id deducitur ex text. nostro & probatur clare, in illis verbis, que se vendieren y trocaren, nam in eis copulativa loquitur lex nostra, per dictionem illam, y, latine & que copulativa est, sed venditio & permutatio non potest regulariter in eodem subjecto considerari, neque est copulanda venditio cum permutatio in simul in casu nostri text. sed potius venditio, & permutatio de per se considerantur, ita ut si vendatur equus, si permutetur non debetur Gabella, ergo fatendum est necessario in presenti copulativam illam, y, disjunctive apponi, & idem dicendum erit de dictione illa, ni, ita ut licet quoad Gabellam excusationem lex nostra equiparet panem coctum & equos & cavallos, & mulos & mulas, venditos cum sella & freno, vel permutatos, & alia de quibus in ea, tamen non equiparat, ut in omnibus eadem qualitas requiratur, sed diversa & unumquodque verbum stet de per se, referendo singulari singulari. Secundo, quia quoties clausula mulier habent sensum integum & orationem perfectam, clausula sequens non ad omnia precedentia sed ad proximiores tibi orationem & ad proximiore verba referatur, etiam si adit dictio repetitiva vel copulativa, l. qui fundum ff. de contr. empt. l. Scia §. Cui ff. de fund. instr. Tyber. Decia respon. 17. num. 34. volumine 1. clausula que generalis, subsequens non comprehendit tibi ea de quibus erat expressa facta mentio, Decia resp. 19. num. 110. volum. 3. in presenti tamen oratio illa, ni cavallos, junctis verbis precedentibus perfecta est oratio, & perfectum sensum habet, scilicet, ne solvatur Gabella de equis, sicut nec de pane cocto, ergo verba illa, en-

sillados y enfrenados, non ad omnia precedentia sunt referenda, sed ad proximiora. Tertio, l. illa 2. §. fin. tit. 17. lib. 6. supra, pro hac nostra opinione facit, nam in illis verbis, agora las vendan ensillados y enfrenados o en cerra, non loquuntur nec disponunt de equis vel equabus domitiis, sed de indomitiis, & sic de novis equis nondum domitis, ergo circa domitos nihil ibi disponit, sed potius relinquit in dispositione juris, imo cum ibi disponat de prima venditione equorum indomitorum non debent Gabellam, siue sint venditi cum freno & sella siue non, de aliis vero venditionibus sic, ergo de domitiis nunquam debentur, neque pro prima neque secunda vel ulteriori venditione, siue sint venditi cum freno & sella siue non, quia si ita non esset nulla ibidem constitueretur specialitas in indomitiis, neque privilegium, & sic lex illa expressa mihi videtur, pro hac opinione, quamquam post hac vidi etiam cum Mexia tenuisse Girona de Gabell. 7. part. §. 1. n. 22. veterem eam dicens & consuetudine approbatam vidisse, assero tamen, plurimum circa hac opulanti consuetudinem loci. Ex quibus infero quod si equus vendatur dum oratus existat sella & freno, etiam si expresse dicatur quod ipse solus, & non sella & frenum vendita censentur, non debetur Gabella, tibi quia cum ex dictis equo ipsi & caballo privilegium concedatur neque requiritur, quod cum freno & sella vendatur ut liber sit Gabella, non est de substantia ad hanc excusationem, quod sella & frenum etiam vendantur, vel non, quod quid voluerit Lafarte dicit cap. 10. num. 25. imo & fortius teneo, quod etiam mula & mulas vendantur ornata freno & sella, si frenum & sella excipiantur in venditione, non debetur Gabella, tibi quia lex nostra non requiritur ad Gabellam excusationem, quod cum eis etiam vendatur sella & frenum sed quod tunc cum venduntur sint ornata & quod antea selle deputata fuerint mula, & mulus, & aliud dicitur est verba inspicere non vero corticem & substantiam eorum, neque ita strictè, & ut Judaice DD. dicunt, sunt verba legis intelligenda prout facient, presertim cum a principio omnia a Gabella solutione essent libera, nisi Regni concessio adesset, & quia id quod principale est attenditur, scilicet mula & mulus, non vero accessorium frenum & sella, presertim cum fraxi & selle venditorum de per se Gabella debeatur, ex l. 38. infra ead. Sic neque de equo pulino uberibus matris adstricto cum equa venditur debetur Gabella, tibi quia partus sequitur ventrem & accessorium naturam sui principalis, quod fecus si a matre esset separatus herbam pascent & indomitus, quia tunc de eo solveretur Gabella secundum Lafarte ubi supra num. 24. & sic intelliges dicta per Mexiam in pragmat. 1156. par. conclus. 1. glof. 1. num. 40. fol. 17. quia cum lex nostra de caballis loquitur, quæ de indomitiis tibi Gabella debetur, etiam pro prima venditione, nisi in locis ubi practicaret dispositio. l. 2. tit. 17. lib. 6. supra ni ex §. fin. ibid. desumitur & probatur per argumentum ad specialitatem sumptum, quod est in iure validum, H iij ibi,

Ibi, *Ni de mulis in machos de filla*, ad hoc eam considerat Girona de Gabel. 7. part. 8. 1. num. 14. & Lafarte de decim. vend. cap. 20. num. 28. & 29. ubi idem dicit esse disponendum de bobus arietoribus, & iustis, sed cum lex nostra id non disponat de eis, neque de aliis animalibus
 21 quam hic expressit lex nostra non est intelligenda; nec ad alia extendenda, ut advertit Lafarte ubi supra dicit. num. 30. itidem & adverte ad verba nostri text. ubi de filla ad sciendum quod si ante venditionem mule mulie sellam non porabant sed chellam
 22 non excusabuntur à Gabella, & etiam si tempore venditionis eam frano & sella vendantur, quia hec est qualitas adjuncta verbo & sic debet ad esse tempore venditionis, & sic verbi cui adiungitur, & idem in mulis & mulebns hæc duo requiruntur ut Gabella excusetur, scilicet, quod ante venditionem essent selle applicata & quod
 23 vendantur ornati cum frano & sella, licet non requiratur quod infra cum eis frantum & sella vendantur, ut diximus in glossa precedenti.
 Ibi, *Enfilladas, & enfronadas*. Tempore venditionis, intellige, & verba hæc ad mulas & mulos vendidos referas non vero ad equos, neque requirunt frantum & sellam vendi prout hæc in glossis precedentibus diximus, sed est questionis an vendito equo vel mula aut mulo, censentur vendita frantum & sella & ornamenta quæ habent tempore venditionis, & in hoc si aliquid super hoc per partes conveniatur conventioni standum est, sed nihil est dictum tunc in dubio equo vendito capistrum sella & frantum quibus cum est tempore venditionis, vel biduo ante ornatus erat equus, vel mula aut mulus vendita censentur, tanquam accessorium principalis, sed si nulla ornamenta tunc habeat, vel biduo non habuit, non censentur vendita, & ex text. quem ad hoc allegant omnes DD. de hac re loquentes in l. adiles la. 2. in principio, & in §. vendendi autem causa, ff. de edic. edicti, quem ad hoc ibi notant DD. & Hl. in §. alivnum, num. 28. in §. de aliv. Rebus. in l. licet capitales. 103. pag. 604. in medio ff. de verb. sig. Anton. Gom. tom. 2. par. cap. 2. num. 14. Cepola de seroitu. ruff. cap. 4. num. 65 & Hippoli. Bona cosa in tracta. de equo & caballo. 1. part. quest. 24. & 38. & Lafarte de decim. vend. cap. 20. num. 27. & Tiber. Decia. responsio 51. num. 52. volum. 2. & Ordoi. in l. si in iurium §. tabularum. num. 74. columnæ 745. ff. de edic. & iterum in l. de quibus non. 95. columnæ 186. ff. de legib. ubi inquit id potius de iure quam de consuetudine esse, adeo ut etiam pretiosiora, secundum eum
 25 ibi veniant si eis ornatus est, & imo ut ibi dicit redhibitoria intra 60. dies proponi potest, propter non reddita ornamenta, & hoc nisi aliud sit consuetudine introducitur secundum Anto. Gomez. ubi supra, vel nisi ornamenta illa habeant arma quæ venditoris, nam tunc non veniunt, secundum Hippolit. Bona cosa ubi supra in dist. quest. 38. ex Curtio in tract. de consuet. num. 9. sed quid si quis equam vel vaccam vendiderit an & pallas ejus quæ venditus censentur, & in hoc omnes dicunt, quod si pallum habeat in ventre vel ad mammillas venit cum matre vendita. Sed si jura separata erant ea &

herbam jam pascebat, non veniet ut per Anto. Gomez. ubi supra. num. 14.
 Ibi, *Ni de la moneda amonedada*, sive sit aurea, argentea, sive ærea, nam omnia hæc pecunia appellatione continentur & non sine mysterio lex nostra hinc verbo *moneda*, addidit, *amonedada*, quia si solo verbo, pecunia ista fuisset, ejus appellatione omnem rem quæ continetur dici posset, ex l. pecunia appellatione. 4. in ordine ff. de verb. sig. ubi DD. maxime Rebut. & ad hoc excludenda addidit lex nostra, *amonedada*, id est numerata, ut de sola pecunia numerata intelligeretur, nam si in lege vel statuto fiat mentio de pecunia numerata, vel dicatur numerata, intelligitur de nummis, & l. si occuri in si ff. de privileg. credito, notat Rebut. ubi supra, pag. 51. ubi in vers. ego puto, inquit se putare, pecunia nomen intelligi debere pro ratione materie, si materia ea sit, ut comprehendat omnes res, tunc pecunie nomine omnes res intelliguntur. Si autem referatur ad pecuniam numeratam de ea intelligendum erit, maxime quando usus communis is est intelligendi & loquendi, nam tunc etiam proprie significationi vocabuli esset præferendus, ex l. Labeo ff. de suppellectil. legat. Sed quia poterat esse dubium an verbum, pecunia iustis text. ad omnes res, vel ad numeratam applicaretur, ideo lex nostra adjecit, *amonedada*, ut de ea tantum intelligatur, & non de aliis rebus, & ita succedente consideravit Lafarte, dicit. cap. 20. num. 31. in pri. sed quomodo verificari potest, ex pecunia numerata non debet Gabellam, die quod cum do decem pro tali re, & sic quando pecunia solvitur numerata pro mercede aliqua ut voluit Lafarte ubi supra, cap. 17. num. 19.
 Ibi, *Ni de los libros assi de lazo como de ramos*, & iustis quidem, nam & libris, & sicut
 32 & bello republica. imo & totum mundum defendimus, imperatoriam enim majestatem non solum armis decorantur, sed & legibus ornatam esse oportet, ut in pri. inscriptionum, inquit Juris consultus, cumque majestatem imperatorum legibus oporteat esse armatam, manifestum sit, & libris in quibus leges sunt scriptæ ornatam esse oportere, & sic suam personam defendere, qui quidem libri cum imperatoriam assententur, & bellare cum eis dicamus, nimirum si ab omni Gabella, ab omni pedagio & portorio sint immunes, præsertim cum ex l. 1. 6. tit. 1. p. 2. statutum sit reges curiosos esse debere in scientiis addiscendis, prout plures fecerunt, & plura refert in proposito Rhedin. in tract. de Majest. prin. §. sed etiam legibus oporteat esse armatam, volum. 16. tracta. divers. dotis. & nostram legem in hoc allegat Did. Per. in l. 22. tit. 4. lib. 4. ordin. & Lafarte de decim. vend. cap. 20. num. 32. & Girona de Gabel. 7. part. §. 1. num. 13. quod si libris prerogative hæc conceduntur, authoribus eorum que non concedenda forent, & quibus præmissis non efficiendi, præsertim illis qui magna & reip. ac regno convenientia perfecerunt volumina, prout ego Dei misericordiam perficio, tot commentarios regiam nostram compilationem ornando & declarando, & quasi mortuis verbis vitam declarationibus congruentibus & veris opinionibus præbendo, sed hæc temporibus gaudent utique Reges, principes ac magnates

magnates, sapientesque viri & literis debent hæc videre, sed præmio antiores afflicere obliviscuntur, alias fortassis premiando, qui neque hæc fecerant neque unquam intentaverunt facere, ferenda tamen hæc sunt, quia ab antiquis temporibus sic scriptum etiam & factum videmus ut alias dixi in epistola ad lectorem in lib. 6. supra eadem.
 Ibi, *Ni de filiones ni de apores, ni otras cosas de casa*, eam ad hoc allegat Girona de Gabel. 7. part. §. 1. num. 14. & Lafarte de decim. vend. cap. 20. num. 23. ubi id intelligi sive ab aliis partibus asportentur sive in iis regnis nuntiantur, & de hoc nulli dubium, quia lex nostra generaliter loquitur, & sic generaliter est intelligenda; & rationem legi nostre assignat ipse Lafarte, scilicet, quia honesta aucupii delictorum permissis est rei bellicæ, ac proinde etiam favorabilis, verum enim vero nihil rei bellicæ commune habere illi existimo, & ideo non hæc de causa immunitatem Gabella concessam fuisse credo, sed quia aucupia de se nobilia judicari possunt, quia subditio capiunt, & maxime & à communiter accidentibus regum & magnatum delicta sunt.

IN LEGEM TRIGESIMAM-QUINTAM.

Gabella non debetur de rebus in dorem datis, neque de hereditatione partitionibus etiam pecunia interveniat ut æqualitas inter eos servetur.

SUMMARIUM.

- Gabella neque laudemium non debetur ex necessaria venditione.
- Doti data ab illo, qui dotare non tenebatur donationi equiparatur.
- Gabella non debetur ex donatis.
- Estimatio rei dotalis in dubio emptionem facit.
- Lex generalis non comprehendit dotem & casus privilegiatos & favorabiles.
- Doti favore multa sunt interdicta in jure.
- Statutum non valet disponens, quod de dote solvantur Gabella, num. 6.
- Ratio accidentis ad nostram legem, num. 7.
- Gabella ex dote non debetur sive detur res mobilis se movens aut immobilis, sive a principio in pecunia constituantur dos & ex post facto solvantur in rebus estimatis, num. 5. & 8. nisi ut num. 9. & num. 10. contra hanc limitationem tenet Ambros.
- Mutuant pecuniam si postea detur species pro ea mutuum adhuc est neque debetur Gabella, num. 11.
- Pactis in contractu oppositis non censetur per quæcumque verba derogatum, num. 12.
- Gabella non debetur ex re data solum matrimonii pro pecunia in dorem data, num. 13.
- Gabella non debetur si maritus eligat reddere rem dotalem datam estimatam à principio matrimonii, num. 14.
- Diviso hereditatis vicem emptionis obtinet permutatione similis est, num. 15. & num. 19. declaratur cum sequunt.
- Possitio contra ex permutatione aut venditione dominium, & causam nascipendi præstat, num. 16. & restitit debetur ut ibi.

- Gabellam ex divisione debent aliqui & male asserunt, num. 17. & num. 18. ad laudemium debetur. & num. 20. & 21. & num. 22. assignatur ratio & num. 23. & 24. ubi cum num. 25. ampliatur lex nostra in hoc, quod de divisione Gabella non debetur ut in quæcumque honorum communitum divisione proculat, & num. 26. limitatur, & num. 27. restringitur limitatio, & num. 35. limitatur lex nostra, & n. 37. ampliatur, & n. 38.
- Societas unius ei communitum si impellit socium ut det suum pretio iusto partem vel accipiat suam eodem pretio non debetur ex hoc Gabella, num. 28. nisi ut ibi, num. 29. 30. & 31. declaratur hæc limitatio, & num. 34. proceditur in hoc ampliatio.
- Facti contingentia de duobus sociis conducentibus decimas unius loci si post unum alteri suam partem relinquit an Gabella debeatur, num. 32. & 33.
- Gabella debetur ex hereditate venientia, num. 36.
- Lex nostra non solum de prima, sed & de secunda divisione intelligitur, num. 39.
- Diviso commode & non per particulat rerum fieri debet, num. 40. & ideo debet pars domus vel suavi contigua alteri parti ipsius coheredis dividendi dari iuxta partem illam, num. 41. & 42.

Ibi, *Que no se pague alcavala de las cosas que se dieren en casamento*. Quod ad patrem, qui ex legis dispositione tenetur omnino filios, & filias dotare ex l. si. C. de dot. prom. & ex l. 8. tit. 1. part. 4. necessaria non videbatur legis nostre dispositio, cum ex necessaria venditione Gabella non debeatur ut alibi diximus, sicut nec laudemium, & ut per Tiraquel. de retract. Lingiel. §. 29. gloss. 1. num. 4. & in hoc casu intelligitur id quod ipse Tiraquel. ibidem in §. 1. gloss. 14. num. 100. dicit, scilicet, quod dos est necessaria alienatio, sed quia plerumque pater dotat filiam in casu, in quo eam ex legis necessitate dotare non tenebatur, & alii quam patres solent etiam dotare mulieres, ideo lex nostra neque superflua, neque inutilis judicari potest, & ratio ejus est, quia in patribus necessitas obligativa excusat Gabella, in aliis vero non obligatis dotare dos ab eis promissa & donationi equiparatur, ut per Baecam, de non mensurandis sibi. cap. 12. num. 53. ubi & in cap. 35. num. 14. & ex donatis Gabella non debetur, ut per Tiraquel. de retract. Lingiel. §. 32. gloss. 1. n. 47. & Girona de Gabel. 1. 1. part. num. 10. ideo lex nostra iuste generaliter disposuit, ne ex rebus in dorem datis Gabella debeatur, item & quia solent res in dorem daturæ estimatæ dari, quæ quidem estimatio in dubio facit emptionem & ex text. in l. quæritur, C. de iur. dot. l. 16. & 18. ubi gloss. De iusto et dicto, tit. 11. part. 4. laze Joa. Gutier. consil. 17. ubi laze ipse & ego fundavimus & inter mea consilia in eadem causa ipse retuli, & quia possit dici quod cum emptionem faciat dotis estimatio, & ex exemptione Gabella debeatur ex l. 1. & 2. tit. precedentis, videbatur & ex hac esse debitam Gabellam, ideo lex nostra generaliter disposuit non debeatur, ut casum magis dubitabilem comprehenderet, &

quia aliter nihil novi induxisset, ut in ejus proposito inquit Lafarte de decim. vend. cap. 20. num. 35. sed & adhuc lex nostra superflua videtur, nam lex 1. & 2. tit. precedentis, disponunt generaliter Gabellam deberi ex venditione & permutatione, sed lex generaliter disponens non comprehendit dotem nec causam dotis, nisi de ea sit specialiter facta mentio, ut late tradit Tiraquel de retract. Linagiel. §. 1. glof. 14. num. 91. usq. ad 107. ergo necessaria non fuit legis nostre dispositio, verum tamen quia omni modo & forma meliori debemus à superfluitate exculare legislatorem, dicendum est quod licet ita sit quod lex generalis non comprehendit dotem & sic casus privilegiatos & favorabiles, id tamen verum est, nisi in eo tantum casu, in quo, ea generalis dispositio statuit, habeat privatum propriumque & ac speciale privilegium, sicuti sciens dicit Tiraquel ubi supra num. 105. dixisse Bald in l. omnes populi, ff. de jess. & jur. sed cum id in dictis legibus 1. & 2. tituli precedentis, non esset dictum neque specificatum, necessarium fuit id in lege nostra declarari & disponi, & consequenter non fuit ejus dispositio superflua, sed potius necessaria, quæ quidem procedit sive mobilis sive se. movens, aut immobilis sit talis res in dotem data, ut inquit lex nostra, & hoc dotis favore, cujus causa multa sunt in jure indulta privilegia, ut notat in proposito Parlador, lib. 1. ver. quotid. cap. 3. §. 6. num. 42. & jam est num. 45. & eo relato Lafarte dict. cap. 20. num. 40. ubi num. 41. inquit hac de causa DD. voluisse, non valere statutum, quod de dote & solvatur Gabella, etiam Callaneus, in consuet. Burg. tit. de Gabellis, num. 11. aliud velit: ego tamen ex dictis supra sequor illam decidendi rationem & ad legem nostram, scilicet, quod ex dote non debetur Gabella, vel quia si ex necessitate per dotantem debetur dos, ex causa necessaria Gabella non debetur, si vero dotans non erat obligatus dotare donat, & ex donatione Gabella non debetur, ideo justa est dispositio nostre legis, quæ & ampliatur secundo, ut non solum procedat quando in ipsa dotis constitutione, & promissione à principio estimatio rerum dotatum fit, sed etiam eo casu, quo à principio fuerit pecunia in dotem promissa, & postea (ut fieri solet) res estimata & loco pecunie date fuerint, nam quævis & hæc traditio rerum loco pretii à pri. pro dote constituti veram emptionem efficiat secundum Covar. in pract. cap. 28. num. 1. vers. secundo apparet & Gutierrez ubi supra, adhuc non debetur Gabella ex ea, quia eo quoque casu verum est dicere res illas estimatas in dotem datas esse, prout & tunc verificantur verba nostre legis, quæ se diem en casamiento, ut tenet Parlador, lib. 1. ver. quotid. cap. 3. §. 6. num. 42. secundum antiquam impressionem, & secundum novam est in num. 4. & eo relato Lafarte dicto cap. 20. num. 36. ubi pro hoc considerat text. in l. 2. vers. mulier dotem, ff. de dote prelegata, ubi cum pecunia esset in dotem promissa, fundos qui postea pro quantitate promissa dotis viro dati sunt, expressè dicit, J. C. in dotem datos. Diversum autem esse inquit ipse Lafarte ubi num. 37. si postquam semel data dos esset in rebus

dotibus absq; ulla estimatione potest ex intervallo de dotis commutatione & inter conjuges convenisset, eo quod mulieri utile esset, nempe, si conveniant quod pro fundo dato, centum, aut alia certa quantitas in dotem esset, juxta text. in l. ita constante cum l. pract. ff. de jur. dot. & l. si mulier, ff. de part. dot. cum ad eas adductis per Tira. de retract. Lin. in. §. 30. gl. 1. num. 18. & 19. in hoc enim casu, inquit Lafarte dict. num. 37. procul dubio regalem decimam solvendam esse, quia cum lex nostra præcisè loquatur de datione & constitutione dotis, trahenda non est ejus decisio ad alios contractus, quos circa dotem semel datam & constitutam ex post facto conjuges celebraverunt, nec minus perfecta & valida venditio eo casu per estimationem fundi dotalis fiet, quam si à principio estimaretur, quicquid Covaruvias in cap. 28. pract. quest. num. 5. vers. undecimo aliud velit, etenim quæ ibi allegat, eo tendunt ut in dubio estimatio ex intervallo facta venditionem non faciat, secus vero si expressè estimatio fiat, ut venditionem & commutationem dotis faciat, quibus sic dictis & allegatis Lafarte in dict. num. 37. tenent hanc conclusionem intrepidè. Ego tamen salva ejus pace & aliorum idem sententiam teneo & neque in hoc casu Gabellam deberi, tum quia in eo loquitur lex nostra, & quod conjuges solam agunt de tangentiibus dotem & quod id quod à principio omiserunt facere fiat ex post facto, scilicet, scire cujus estimationis fuerit fundus ille in dotem datus, ad declarationem deteriorationis vel meliorationis secundum Bald. in l. ex conventionem, Co. de part. ubi Salicet. Rimi. & Jasi. & eis relatis Marja. Soci. Jun. cons. 141. num. 44. volumine 1. ubi dicit hoc dictum Bald. esse commune vorum, eo quod ut ibi inquit, non est credendum partes per talem estimationem præsertim tacitam (quasi expressam per hæc verba non excludat, sed includat, potius ob verbum illud præsertim) facere, quod res quæ jam inæstimatæ erant dotales, desinant esse dotales, & dos in quantitate convertatur, sicut inquit Bar. in lege 2. num. 9. ff. si cert. pec. approbatus teste Parlador, libro 1. ver. quotid. cap. 3. in pri. num. 42. in novis, quod si per pecunia jure muruo data sit, species postea consentienti creditori solvatur, nihilominus mutuum esse, & consequenter & assero Gabellam non deberi quia mutuum non est venditio nec permutatio, & quia ut inquit ipse Bald. consil. 464. hereditas secunda, volumine 5. per quæcumque verba contractus non censetur derogatum pactis in ipso contractu appositis & ut & per Cravera. 13 consil. numero decimo octavo & sic etiam conjuges velint per estimationem efficere expressè venditionem fundi dotalis inæstimati, non censetur à pactis & conventionibus recessum, qui dotalis fundus sit vel quantitas pro eo data, & consequenter lex nostra, quæ de rebus in dotem datis loquitur, etiam de hæc loquatur, & non sit differens contractus à dote, maxime quia Covar. ubi supra, in loco pro ipsam Lafarte, ubi supra, relato & reprobatò & male, ipse Covar. ex rationibus suis non solum circa tacitam venditionem loquitur, verum & circa expressam cum dicat per novationem à priori contractu noluisse conjuges recedere, & præterea, inquit

inquit ibi Covar. neque donationem fieri posse inter virum & uxorem, neque alienatio rei dotalis, quæ forsan ex hac alienatione tacita vel expressa, quæ emptionem efficere sequeretur, prout tenet asserit ibi per eum relatos. Et quia taciti & expressi idem solet esse iudicium, maxime, ubi eadem rationes (prout hic) militent, & sic teneo quod neque ex hac estimatione rei dotalis ex post facto inter conjuges debetur Gabella, & sic Gironda de Gabell. 7. part. §. 2. num. 8. non distinguit in terminis nostre legis venditionem tacitam vel expressam ex estimatione vel conventionem partium factas in rebus dotalibus. Adeo ut si mulieri soluto matrimonio pro pecunia datum in dotem contulit res estimata in solutum detur, magis probandum est & venditum non deberi, ut inquit Parlador, lib. 1. ver. quotid. cap. 3. in pri. num. 44. in novis, & Lafarte cap. 7. imò & quod fortius est quod quamvis soluto matrimonio maritus & ejus hæredes eligant reddere rem dotalem tempore dotis receptæ estimatam, & noluit reddere pretium adhuc & Gabella non debetur, ex dictis per Tiraquel, in retract. conven. §. 6. glof. 2. num. 4. 16. & 17. licet ipse ibi referat Manluet. contra tenentem contra eujus Mantierii opinionem quotidie practicator.

Ibi, & de los bienes de los defuntos que se partieren entre sus herederos. Pro ratione dubiandi nostri text. in his verbis, & in conclusione ab eis percipienda, scilicet, quod ex divisione bonorum Gabella non debetur, obijci potest, videbatur enim deberi, quia ex emptione & permutatione debetur; lege 1. & 2. tit. precedentis, 15 divisio tamen vicem emptionis & obtinet, ex lege 1. C. communi. utri. jud. permutationeque similis est, ex lege cum pater de leg. 2. §. hereditatem & permutatio emptioni, ut C. de rerum pecunia. lege 2. & lege 3. ff. de contrah. emptione, ergo & de divisione debetur, conveniunt enim, quia ex utraque possessio secuta domini

16 nium & vel causam utucapiendi præstat, ut l. si per errorem ff. de usucap. re quorq; evicta utrobique præstat evictio, ut l. si frater C. com. utri. jud. bonæ fideique contractus est uterque ut inst. de actio. §. actionem, ita arguit glof. in d. l. 1. C. communia utri. jud. in nostrum propositum & gabellam ex divisione deberi videtur, prout in terminis stante statuto, quod de omni alienatione solvatur Gabella, quod debeat

17 & solvi etiam pro divisione, ex l. si popillarum in pri. de reb. vanm. tenuerunt Roma. consil. 182. in 2. dufio. Albor. in prima parte statuto, quest. 110 Joan. Rainaud. in comprehens. fundo. §. præterea ducatur, num. 15. ubi disputat questionem, & nihil decidit quorum aliquos refert Tiraquel. de retract. Linag. §. 1. glof. 14. num. 77. & 78. & Lafarte dict. cap. 20. num. 46. & Callane. ibi allegatus & Amedeus à Ponte, in questio. laudem. quest. 19. ubi & ex his insinuat, secus

18 dum aliorum opinionem, ex divisione & laudemium deberi, pro ratione tamen decidendi nostri text. & sic contra opinionem Romani & sequacium, & ut evitentur contraria, dicendum est verius esse quod licet emptioni & permutationi assimilata divisio, ex dict. l. 1. C. communia, utri. jud. ubi glof. sic arguebat, glossa tamen sibi nimis generaliter locuta est, ut

advertit ibi Pautus de Castro, nam id verum est improprie & similitudinariè, ut ibi omnes DD. 19 cum Bart. tenent in leg. & ideo in pri. ff. de cond. furt. sed omne simile non est idem, ergo etiam si divisio assimilata emptioni, non debetur ex divisione & Gabella, quia proprie divisio non est emptio, & sic neque ex divisione & laudemium debetur, ut inquit Amedeus à Ponte in dict. quest. 15. receptissimum esse, ex eo quod divisio non est proprie alienatio, in Authentica, de litigio. in pri. taciteque quia per eam nulla fit translatio rei, in novum emphyteotam & vel vassallum secundum Feli. in cap. quia in Eccles. in 8. declara. de consil. Alex. consil. 185. num. 5. & sequent. volumine 2. & ibi ipse Amedeus hoc latius prosequitur, & ampliatur, vel secundo quia hæc ratio licet sequatur à Gironda de Gabell. 7. part. §. 2. num. 1. referunt tamen à Lafarte. capite 20. num. 43. potest tamen dici pro ratione decidendi nostri text. & ut cessent omnia contraria, ideo ex divisione Gabellam non deberi neque 23 Laudemium, quia est necessaria alienatio, ad quam unus socius potest compelli faciendam, quia nemo compelli potest stare in communione & ex necessaria alienatione non debetur laudemium neque Gabella secundum Amedeo. de Ponte. ubi supra & ad nostram legem eam pro hac conclusione allegando notat Avendano respon. 25. num. 6. vers. assumpta igitur, & Parladorus, libro 1. verum quatuordecim capitulo §. 6. 6. num. 11. in novis, ergo quantumvis divisionem velis assimilari emptioni vel permutationi, non debetur ex ea Gabella, quia neque ex vera venditione vel permutatione, necessarius tamen, debetur. Vel tertio dici potest pro ratione decidendi & ut cessent contraria, quod ideo lex nostra disposuit non deberi ex divisione Gabellam, quia rei proprie & nulla potest adesse venditio, vel emptio, imò mihi, vel vendo mihi, non enim potest, quia rem propriam sibi vendere, neque emere, ex text. in l. sue rei. ff. de contrah. ben. emptio. sed rei communis partem habeo & mea est & possideo eam, neque in me alienatur, nam divisio rem primis dominis non aufert, sed apud eisdem quorum indivisa erat res ipsa manet post divisionem, & stricta juris dispositione relicta, non id agit in divisione, ut quisquam ex hæredibus alterius partem acquirat, sed ut dominium, quod sub consensu partibus occultum & obnivium erat, in sola intellectu operatione consilens, juxta l. Amedeo. §. duorum de leg. 2. distinctione partium ad oculum detegatur, & quod antea erat ars unius rei indivise, nunc per divisionem totum quoddam pro se fiat, ut traditur eleganter in l. resè dicimus. §. quintus de verborum significatione, at in venditione & permutatione aliud agimus, nam rem nostram vendendo vel permutando à domino & potestate nostra excludimus, & in alium transfundimus, alienatioque est proprii patrimonii diminutio ex l. si postus. §. si maritus ff. de donatio. inter vivos & uxorem quam ad hoc notat Bal. in l. honorum C. qui aduocati, & Casane. in consuetud. Burg. Des Fudz. rub. §. 8. glof. 2. ergo justè lex nostra disposuit ex divisione hereditatis inter hæredes Gabellam non deberi, nam cui non conveniunt verba dispositionis, neque convenit dispositio, & ita hanc

UNIVERSIDAD

NOM

RAL DI

®

rationem succedente in hac materia consideravit
 Cailane, ubi supra, titulo de Ret. Rubrica 10.
 §. 9. & Lafarte. dist. cap. 20. num. 47. dicens
 hanc esse veram nostri text. rationem & ita ego
 teneo licet supra dicta vera etiam sint, & ad
 nostram legem adaptabiles, neque meruit Parla-
 dorus in hoc reprehendi per Lafarte, quia
 eisdem suae rationes concludentes sunt ad nostram
 legem, neque aliquo fundamento refutari pos-
 sunt, ut in novis inquit ipsemet Parladorus. dist.
 §. 6. num. 9. licet haec ultima ratio prior ad
 legem nostram videatur quam & antequam
 viderem Lafarte consideravi, qua quidem dispo-
 sitione nostri textus sic rationibus decedendi
 munita, ampliat primo ut ex textu nostro in
 sequentibus verbis procedat etiam ad aquan-
 das partes inter heredes dividendes intercesserit
 pecunia. Secundo ampliat ut procedat in qua-
 cumque alia divisione bonorum & communium
 inter aliquos socios facta, nam & in ea militat
 eadem rationes, quae in hereditatis divisione,
 ut optime tenet Lazarte ubi supra, num. 48. ubi
 inquit ita legem nostram committit ab omni-
 bus in quacunque divisione intelligi, ubi num.
 50. eam intelligit & limitat ut non procedat
 quoties ex communi omnium heredum con-
 sensu aliquarum & vel omnium rerum heredi-
 tatis subhastatio publice & in publica subhastat-
 ione fit, ut extraneus etiam ad subhastationem
 admittatur, & unus ex heredibus aliquam
 ex rebus illis subhastatis emerit, tunc enim Gab-
 bella debetur, quod fecus si solum inter he-
 redes ipsos fiat haec subhastatio, nam tunc
 non debetur Gabella, quia hoc casu extra
 heredes licitatio non egreditur, & solum fit ad
 finem concordandi de modo & quantitate re-
 compensationis, ut nulli gratificentur magis
 quam alii & ut remaneant omnino aequales &
 concordet in divisione capta, ut tenet in propo-
 sito Pet. Navar. de rebus lib. 3. cap. 1. num.
 273. cum. 4. sequens qui licet quod ad eandem
 loquatur, idem est quod ad justitiam, sic & si duo
 habent rem communem indivisibilem, & unus
 alium ad iudicium provocet ut det sibi partem
 suam iusto pretio vel tali, val. quod ipse dabit
 illi suam eodem pretio, tunc enim nulla debetur
 Gabella, & quia ad hoc unus socius alium
 compellere potest, ex l. 10. ubi glof. o los dos tit.
 1. §. par. 6. dum tamen id fraude non fiat prout
 fieret si rem divisibilem inter duos unus alteri
 partem suam offerat dicto modo, pro pecunia
 vel alia re, tunc enim debetur Gabella, & se-
 cundum Lazarte dist. cap. 20. num. 53. sicut si
 unus ex heredibus alteri heredi sive omnibus
 cedat pro pecunia, aut alia re portionem suam,
 nam tunc cum a venditione, vel permutatione,
 & non a divisione incipiat proculdubio & Gab-
 bellam debetur, ut inquit Lazarte ibid. num. 52.
 licet in hoc casu contrariam voluerit Parladorus,
 dist. §. 6. num. 10. & Gironda de Gabell. 7. par.
 1. in pri. §. 2. num. 2. nisi eas intelligas & loqui,
 prout meo videri se declarat quoties haec por-
 tionis venditio sit existentibus sociis, vel here-
 dibus in divisione & nondum finita, nam tunc
 nimirum quod non debeat Gabella, quia tunc
 a divisione pendet hoc pactum, ex quibus facto
 dixi semel & respondi in duabus personis
 inter se convenientibus de conducendis decimis

beneficiorum ecclesiasticorum & quod id quod
 quilibet eorum conducere esset commune inter
 eos ad lucrum & damnum, Hispanè a perdida
 y ganancia, per viam societatis & unus eorum
 conduxit unam decimam certi loci, alius vero
 duas aliorum locorum & cum cepissent eas in
 communi beneficiare, post se concordaverunt,
 unus habere unam ex duabus illis decimis, ab
 altero socio conductis, & alter remaneret cum
 duabus aliis, permutando inter se unam cum al-
 tera, dubitatum fuit an uniusque pro sua
 parte Gabellam deberet, & respondi, quod sic
 & quia est novus contractus & non est divisio,
 sed venditio aut permutatio, ex dictis per Lazarte
 ubi supra numero quinquagesimo primo & 52.
 est tamen verum, ut ad locos habentes rem com-
 mune dividibilem tamen revertatur, quod si
 velint eam inter se dividere & facta divisione
 una pars est melior altera, ita ut sit necesse pro
 adaequanda altera parte intervenire pecuniam,
 non debetur Gabella ex illa pecunia, & quia ut
 dictum est lex nostra in omni divisione locum
 habet, & ex pecunia data ad aequandas partes
 lex nostra jubet non deberi Gabellam, limita-
 tur, & tertio lex nostra in hac de divisione con-
 clu. ut non procedat, quoties facta jam divisione
 & heredibus vel sociis possidentibus suas partes
 pacifice, inter se denno hereditatem suam ven-
 dunt, vel permutant, tunc enim & Gabella debe-
 bitur quia non a divisione proceditur, sed a
 novo contractu, & ex hereditate vendita & Gab-
 bella debetur, ut tenet Parladorus. dist. §. 6. num.
 11. in novis. & Lafarte dist. cap. 20. num. 56.
 & Gironda ubi supra, num. 3. fecus tamen esset
 si semel facta divisione, & consensu heredum
 vel sociorum approbata etiam diebus aliquibus
 elapsis, heredes vel socii inter se videntes se
 laesos ex dicta prima divisione velint secundo
 omnia bona iterum dividere ut error tollatur,
 tunc enim si id absque fraude fiat, Gabellam
 non deberi puto, etiam si de jure unus alium
 heredem vel socium ad hanc secundam divisi-
 onem compellere non possit, ut puto quia prima
 esset per iudicem approbata, quo casu contra
 eam venire non possent heredes, ex l. cum pu-
 tarem. ff. famul. heres. sed si heredes inter se ex
 novo consensu velint videre an adesset laesio &
 eam laesionem tollere, adhuc enim tunc non
 debetur Gabella, etiam si in divisione illa datur
 alia bona uni heredi in prima divisione heredi
 & de contra data, vel interveniret pecunia ad
 aequalitatem faciendam, quia lex nostra non
 tantum de prima sed & de secunda divisione
 & intelligitur & pluribus aliis, ut per Lafarte
 dicto capitulo 20. num. 57. & 58. & Parladorus
 ubi supra num. 13. & 14. aliud volentem, &
 Girondam eum sequentem, ubi supra num. 4.
 neque declaratio quam Parladorus. dist. num. 14.
 noviter assignat, ut se liberet ab impugnatione
 ipsius Lafarte, placet, quia idem decimus si
 prima divisio est incerta & invalida, sicut si
 esset valida, per heredes tamen, vel consocios
 de communi consensu revidetur, & sit secunda
 vel tertia divisio, nam tunc idem esset sicut si
 invalida existente prima divisione secunda fieret,
 & hoc ut dixi credo verum, dum tamen abis-
 trus ab heredum vel sociorum sic facientium
 parte.

Ibi,

Ibi, *Antequam intervengan dineros y otras cosas
 entre las tales herederos para se igualar, & hoc ni-
 mirum quoniam totum id quod agitur, divisio
 est, quae ut commodius fieri poterit facienda
 est, neque per particulas fieri debet, ut passim
 & malevoli consocii & coheredes volunt, &
 non per corpora rerum integra ut fieri debet,
 & ex text. in §. si familia, ubi, singula res singulis
 heredibus adjudicare debet, Instituta de offic. jud.
 l. 10. titulo 15. par. 6. & ibi glof. mas gusada,
 & ideo si unus ex heredibus habet aliquam par-
 tem in domo vel alia re immobili communi
 dividenda inter heredes, pars ex domo illa tali
 heredi ut heredi pertinens debet ei assignari
 juxta aliam partem, quam antea ibidem habe-
 bat, & ut inquit Capic. decisio Neapoli. 42. &
 Platae. in lege prima, vers. secunda nota. C. quan-
 do, & quibus quarta pars debeatur, libro 10. &
 Boher. decisio 46. numero primo. non enim
 debet fieri divisio ut patrimonium & eorum
 parat, ut per glof. l. 2. C. quando, & quibus
 quarta pars debeatur, & Lafarte dicto capitulo 20.
 num. 54. & sic cum de divisione tradatur, etiam
 si interveniat pecunia, Gabella non debetur,
 quantumcumque pecunia detur & solvatur non
 ex bonis hereditariis, sed ex proprio patrimonio
 vel pecunia heredium, vel heredis alioque alteri
 heredi refundenda, dum tamen, ut patet ex
 sequentibus verbis nostrae legis fiat ad aequan-
 das partes heredium, & sic para se igualar, nam
 qualitas adjuncta verbo debet intelligi secun-
 dum tempus verbi, debetque verificari qualitas
 a lege requisita, & quia ubi lex aliquid dispo-
 nit & alterum praesupponit, ut habeat locum
 dispositum, debet verificari praesuppositum, lex
 autem nostra disponit etiam ex pecunia in divi-
 sione intercedente Gabellam non deberi, praes-
 upponit autem debere fieri ad aequandas par-
 tes, ergo ut habeat locum excausatio Gabelle
 pecuniae intermedia, verificandum est pecu-
 niam illam praestari pro aequandis partibus
 heredium, quibus quidem lex nostra satis re-
 manet declarata.*

IN LEGEM TRIGESIMAM-SEXTAM.

*Exentes & extranei Gabellam non solum ex
 pane quem per mare portabunt ad vendendum
 Hispani.*

SUMMARIUM.

1 Gabella debetur ex tritico vendito in grano,
 & ex revenditione etiam in casu nostrae legis,
 & n. 2.

Ibi, *Que sean francos, Et sic hoc privilegium
 non tam ipsi rei, quam ex eis venditoribus
 concessum est, ut ex iis verbis apparere inquit
 Lafarte, de decim. vend. cap. 10. num. 64. imo
 & ego ipsis solis & non rei censu concessum
 fuisse, nam ex pane in grano, & de quo hic
 loquitur, ut dubitationis locus esset, Gabella
 debetur, ut apparet ex l. 34. sup. cod. qua solum
 panem eodum excusat, ergo ut de dubio lex
 nostra serviet, de pane in grano intelligenda
 est, & sic lex nostra ipsas personas foraneas res-
 pexit, & iridem locum, scilicet, Hispaniam ubi*

portatur ad vendendum, ita quod in alio loco
 quam hic expresso, non excusabuntur exteri à
 dicta Gabella, imo & aliusd requiritur, scilicet,
 quod per mare dictus panis trahatur, ita quod
 tris requiruntur, scilicet, quod sit forensis &
 iridem quod per mare trahatur panis, & itidem
 quod ad Hispaniam vendendus portetur, & con-
 sequenter si per terram trahatur non excusabun-
 tur, quia omnis qualitas a lege requisita veri-
 ficanda est ut à Gabella forensis excusetur, ite-
 dem & sic ex revenditione dicti panis Gabella
 debetur, & quia primis venditoribus futensi-
 bus concessam est privilegium, & sic eorum
 personas non egreditur, quia privilegium per-
 sonale cum persona extinguatur, ut ponderat in
 propof. nostra leg. Lafarte d. num. 64.

IN LEGES XXXVII. ET XXXVIII.

SUMMARIUM.

1 Gabella an debeatur ex calcariis & sribis ven-
 ditis, & 2.

Lex 37. & 38. & aliae similes aliarum rerum
 exemptionem Gabellae concedentes clare
 sunt & non egent declaratione, sicut & aliae
 multae similes, ideo nimirum si etiam & abs-
 que commentatione remaneant, solum ex dicta
 lege trigesima-octava notandum inquit Lafarte
 dicto capitulo vigesimo, numero sexagesimo-quin-
 to, quod dum inquit ex calcariis & sribis ven-
 ditis esse solvendam Gabellam, appellatione
 armorum & non contineri, ex Montalvo, in
 repertorio legum ordinamenti, vers. alcavala,
 aliter enim sub dispositione legis quadragesima
 infra eodem, continerentur, ubi arma libera red-
 duntur à Gabella; ego tamen contrarium
 & credo verius, nam si sribi & calcaria non
 continerentur armorum appellatione, non erat
 necesse in praesenti lege disponi eis Gabellam
 solvendam, & cum id disponatur manifestè
 colligitur ideo disponi, ne sub dispositione
 dictae legis quadragesima infra eodem comprehendi
 dici possent, sicut & de ferro ex quo arma sunt
 lex nostra disponit, ne sub dict. l. 40. compre-
 henderetur, aliter enim lex nostra de nullo
 dubio serviet, & inanis ac superflua foret,
 ne forte idem de materia sicut de materiali
 redderetur.

De lege 39. vide similem ejus confirmato-
 riam in l. 6. tit. 10. infra isto libro.

IN LEGEM QUADRAGESIMAM.

*De armis sive offensivis, sive defensivis si per-
 fecta sunt, Gabella non debetur, ex imperfectis au-
 tem & ex rebus ex quibus faciendi sunt debent, nisi
 que lex nostra disponit.*

SUMMARIUM.

1 Armorum appellatione veniant defensiva & of-
 fensiva, & qua in nostra lege veniant eorum ap-
 pellatione num. 2.
 2 Armorum appellatione non contineri cultel-
 lum parvum ad incidendum panem, &
 sic prohibetur portare arma non prohibetur hos
 parvos

- parvos cultellos afferre, & num. 4.
- 5 Gabella debetur ex cultellis parvis venditis non aptis ad bellum, & sic de fca & pugnione non debetur ut ibi, & num. 6. & 7. hoc profequitur.
- 7 Gabella debetur ex rebus de quibus arma fiunt si vendantur de per se.
- 8 Perfectum generaliter dicitur illud, quo commode uti possumus, & cui nihil addi potest, num. 9.
- 10 Gabella an debetur de ense lucido vendito sine capulo & puzo, & 11.
- 12 Gabella debetur de vagina de per se vendita, num. 12. y del talabarte, ut num. 13. nisi infirmal cum ense vendatur, ut num. 14.

Ibi, De las armas ofensivas, y defensivas, y de las armas armorum appellacione, y continentur, ex l. armorum, ubi Alciatus, ff. de verborum significacione, & ex leg. sexta, titulo sexto, libro sexto supra, ubi aliqua diximus & in propositum notat Lasarte de decimo, vendit, capitulo vigesimo, numero 66. & quemam in propositum nostre legis offensibilia sive defensibilia sub istis verbis comprehendantur. Dic quod ut inquit text. in l. armorum 41. ff. de verborum significacione non utique tantum lignis & gladii & galee significantur, sed & fustes & lapides, & ex l. armatos, & ex l. penultima, & l. fin. ff. de vi pub. & l. 2. ff. de vi & vi armat. & l. 7. titulo 33. part. septima, & dixi in rubrica dicti titulo sexto, libro sexto, supra, & clarius probatur, in l. 2. §. de las arneses, titulo 22. infra isto libro in hac verba, de las arneses, y coracas, y ballestas, espingardas, y qualesquier tiros de polvora, y hierros de lanza, & cogoyas, y sacas, y otras armas qualesquier ofensivas y defensivas, no se pague alcavala, ponderando dictionem illam, y otras armas, nam presupponit & antea dicta arma, esse cum dictio illa, otras, sit repetitiva similium, ex text. ubi Bald. in leg. conventientia, C. de Episcopis, & ceteri, quam legem & alias ad hoc allegat novissime Gironda, de Gabel, septima parte §. secundo, numero vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & tenuit in archabulis & aliis machinis sulphurariis Lasarte dicto capitulo vigesimo, numero sexagesimo septimo, & ultra DD. in dict. l. armorum, tradit & Decia, de delictis, tom. 2. lib. 8. cap. 2. numero tertio cum sequent. ubi numero novo, inquit non contineri cultellum, & parvum ad incidendum panem, sive ad adaptandum pennas, vel alios similes, non destinatum ad offendendum sed ad alios usus, ex text. & ibi glos. in authentica de armis, §. prohibemus, ubi cultellos minores, quibus nullus in praelio utitur, & Rebas, in dict. l. armorum sub verbo gladios, pag. 312. ubi inquit verbum gladios illius legis, non de istis cultellis parvis, & ad praelium non adaptabilibus esse intelligendum, sed pro ensibus & pugionibus & spathis ibi apponi, verbum gladios, & sic secundum cum ibi prohibitus portare arma non prohibetur hos cultellos & parvos afferre, & tenere in domo ut per Leazes in allegatione de mula, dubi. 1. in fin. fundamentum pro Marchio, num. 31 quod ad Maurorum gentes, vulgo Moriscos, optimum esset, nisi & pragmatica nova esset illis prohibitum etiam illos portare, & tenere in domo nisi sint

sine acumine, vulgo sin punta, ex quibus ad nostram legem tenet Lasarte dicto capitulo 20. numero 68. quod ex iis cultellis parvis, qui non fiunt ad nocendum neque ad praelium sunt apti, debetur Gabella, & sed ex cultellis majoribus aptis ad praelium, & sic de fca & pugnione non utique debetur, quia arma sunt, & de illis loqui, l. 3. C. que res ex per. non deb. & l. 6. ibi, o cuchillos, titulo tertio, pag. 5. inquit Lasarte dicto numero 68. & voluit Gironda de Gabel, 7. part. §. 2. numero 23. & 24. ubi inquit de hoc vidisse regiam provisionem, & Lazarte ubi supra, dixit vidisse sententias quas credendum est esse latis in favorem fabricantium hos cultellos majores ad praelium aptos, non vero in parvis, qui solent fieri pro usu domuum ad incidendum panem, & carnem coctam ad comedendum, vel ad scindendum pennas, quia licet cum eis possit quis occidi, id non consideratur, sed finis ad quem fiunt, & sic sub armorum appellacione non continentur, & legis nostre prerogativa non gaudeant fabricatores & horum parvorum cultellorum, de navibus autem & navigiis, etiam si in eis arma defeceri soleant, & cum eis ab inde praeliari, debetur Gabella, & ut advertit Gironda ubi supra, numero 28. ubi a num. 26. inceptit, & tandem ita concludit & ex lege nostra probatur, dum dicit, T de los aparejos para usar de ellas.

Ibi, Pero que de las cosas que se hacen las dichas armas, velut de ferro & aliis metallis, ex quibus consuevitur & fieri solent arma, nam de iis materiis debetur Gabella.

Ibi, En la materia y perfeccion que se suele usar de ellas. Nam generaliter id dicitur esse perfectum, quo commode & uti possumus, l. quintus, §. cui ff. de aur. & arg. legat. notat glos. magis in l. & si non sunt §. in feli, eodem titulo, glossa, & DD. in §. cum ex aliena, ver. facta, instituta de ver. divis. perfectumque dicitur id, & cui nihil addi potest, secundum Bald. in Tractat. schismatis casum, fin. dixi in l. 10. titulo sexto, numero 2. lib. 3. sup. ex quo inquit Lasarte de deci, vend. cap. 10. num. 70 quod de ense lucido vendito sine capulo & pugno debetur Gabella, quia eo uti non solemus sine pugno & capulo, idque ex verbis iis nostre legis desumit & ex petitione & supplicatione 79. curiarum de Madrid, ex num. 1582. id etiam probat ipse Lasarte ex eo quod ibi petitum fuit, ut lex nostra in iis verbis declararetur, satis esse tunc ensim & pugionem perfecta & consummata, ut ex ea Gabella non debeatur. Si esta ya forjada templada y amolada. Et responsum fuit quod per leges Regias hoc erat provisum, quasi vellet Lasarte, per istam responsum denegatam fuisse supplicationem & consequenter quod nisi sit ensis perfectus cum pugno & capulo debeatur Gabella ex eius venditione, & sic quod fabricatores ensium vendentes eos perfectos tamen, sine dicto ornamento debeant Gabellam, & sed licet ita videatur, tamen quia etiam dici potest capitulum illud 79. disposuisse legem nostram de ensibus lucidis intelligi venditis sine pugno & capulo, quia responsio debet intelligi iuxta summam supplicationis, res hac non est sine dubio, in quo dubio consuetudo locorum multum operabitur, & rem dubiam claram efficiet.

Ibi,

Ibi, T de los aparejos para usar de ellas. Et sic de vagina de per se vendita debetur Gabella, & ut inquit Gironda hic 2. part. §. 2. n. 21. T del talabarte ex que se trae vendido de per se debetur Gabella & ex text. hic in iis verbis, pugnias sequentibus, Aunque sean vacantes y anexos a las vacinas armadas. Et sic in materia nostra annexi & connexti non est idem iudicium, licet de jure in aliis aliud sit, quod est verum ut diximus, si annexum & sic vagina vel talabarte, de per se vendatur, secus si cum & ense ipsa vendantur pro eodem pretio, nam tunc cum principalibus & sic ensis vendatur, & ejus consideratio habeatur non debetur Gabella de vagina, & Talabarte, insimul cum ense positus & inclusis, sicut non debetur de pugno & capulo, vulgo del pomo, y del puño. Etiam si sint alicujus valoris

considerabiles, si ut dixi, insimul cum ense junctum & in ea posita, vagina & Talabarte vendantur, pro uno tantum pretio, & in hoc casu possit procedere illud quod dicitur supplicatio illa dicti cap. 79. Curiarum de Madrid anni 1582. Que cosa excusatoria que del talabarte ex que se trae la espada no se deviese alcavala. Nam id possit procedere si insimul cum ea vendatur, secus si de per se, sed consuetudo itidem in hoc multum operabitur.

Lex 41. sequens, quae est finalis nostri tituli, quasi idem de armis prosequitur, cum de jubones de malla, quae defensione afferunt non debent Gabellam disponat, & ne idem de aliis jubones que no son de malla, intelligeretur, addidit lex nostra de iis ultimis debent Gabellam, quibus quidem titulus noster remanet expeditus.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De las diligencias que han de hazer los que deven Alcavalas, y lo que pueden hazer los recaudadores de ellas.

Cum in titulo precedenti dictum sit quod omnes Gabellam solvere tenentur Gabellariis, ideo post eum sequitur noster proponens ipsis Gabellariis, quae facere tenentur pro eis recuperandis: in cuius tituli declarationem parum immorabimur, tum quia leges ejus sunt clarae, tum etiam quia aliqua earum sunt locales leges locales particulares concernentes, prout est l. 1. cum 4. sequentibus, quae cum sint speciales dispositiones non debent trahi ad consequentiam generalium dispositionum, sed generales debent modificari & limitari per speciales, ut sic generalis non corrigatur, prout Copilator nostra Recopilacionis dixit in subscriptione marginali ad legem 7. istius nostri tituli & libri.

IN LEGEM SEXTAM. SUMMARIUM.

1. Lex nostra non corrigitur, l. 7. tit. 17. supra eadem lib.
2. Carnifices ementes carnes etiam a vicinis loci illius ubi vivunt debent conductori Gabellarum manifestare has emptiones, quod secus in aliis rebus a vicinis emunt.
3. Emens a convicino aliquam rem non tenetur manifestare Gabellario, nisi in casu nostra legis.

Lex 6. nostri tituli generalis est dispositio circa omnia loca disponens, excepta civitate Hispanensi & toto ejus Archiepiscopatu, & excepto etiam Episcopatu Cadeni, ut disponit in Recopilacionem, Tom. VI.

in l. 7. tit. 17. supra isto lib. que per istam & nostram non corrigitur, sed potius illa limitat nostram ut apparet ex subscriptione marginali legis sequentis, quae lex sequens appendix est nostre legis: quoniam nostra & illa erat una lex 94. in ordine quatermi antiqui Gabellarum ut apparet ex subscriptionibus super eis positis.

In eadem l. 6. ibi, Que aunque sean vecinos del tal lugar, in hoc lex nostra specialiter provist, circa carnifices ementes carnes, in eo loco ubi vicini sunt & carnifici, nam etiam si a vicinis emant carnes, tenentur conductori Gabellarum carnum illius loci manifestare & emptionem, ut recuperet conductor Gabellam a venditore illo, cum regulariter sit aliud in emptionibus aliarum rerum ementes tales res a vicinis loci illius, nam non tenentur manifestare emptionem Gabellario, & ut apparet ex l. 3.

- parvos cultellos afferre, & num. 4.
- 5 Gabella debebatur ex cultellis parvis venditis non aptis ad bellum, & sic de fca & pugnione non debebatur ut ibi, & num. 6. & 7. hoc profequitur.
- 7 Gabella debetur ex rebus de quibus arma fuerit si vendantur de per se.
- 8 Perfectum generaliter dicitur illud, quo commode uti possumus, & cui nihil addi potest, num. 9.
- 10 Gabella an debeatur de ense lucido vendito sine capulo & puzo, & 11.
- 12 Gabella debetur de vagina de per se vendita, num. 12. y del talabarte, ut num. 13. nisi infirmal cum ense vendatur, ut num. 14.

Ibi, De las armas offensivas, y defensivas, y de las armas armorum appellacione & continentur, ex l. armorum, ubi Alciatus, ff. de verborum significacione, & ex leg. sexta, titulo sexto, libro sexto supra, ubi aliqua diximus & in proposito notat Lasarte de decimo, vendit, capitulo vigesimo, numero 66. & quemam in propositum nostre legis offensibilia sive defensibilia sub istis verbis comprehendantur. Dicit quod ut inquit text. in l. armorum 41. ff. de verborum significacione non utique tantum lignis & gladii & galee significantur, sed & fustes & lapides, & ex l. armatos, & ex l. penultima, & l. fin. ff. de vi pub. & l. 2. ff. de vi & vi armat. & l. 7. titulo 33. part. septima, & dicit in rubrica dicti titulo sexto, libro sexto, supra, & clarius probatur, in l. 2. §. de las arneses, titulo 22. infra isto libro in hac verba, de las arneses, y coracas, y ballestas, espingardas, y qualesquier tiros de polvora, y hierros de lanza, & c. & c. y sacas, y otras armas qualesquier defensivas y defensivas, no se pague alcavala, ponderando dictionem illam, y otras armas, nam presupponit & antea dicta arma, esse cum dictio illa, otras, sit repetitiva similium, ex text. ubi Bald. in leg. conventientia, C. de Episcopis, & ceteri, quam legem & alias ad hoc allegat novissime Gironda, de Gabel, septima parte §. secundo, numero vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & tenuit in archabulis & aliis machinis sulphurariis Lasarte dicto capitulo vigesimo, numero sexagesimo septimo, & ultra DD. in dict. l. armorum, tradit & Decia, de delictis, tom. 2. lib. 8. cap. 2. numero tertio cum sequent. ubi numero novo, inquit non contineri cultellum & parvum ad incidendum panem, sive ad adaptandum pennas, vel alios similes, non destinatum ad offendendum sed ad alios usus, ex text. & ibi glos. in authentica de armis, §. prohibemus, ubi cultellos minores, quibus nullus in praelio utitur, & Rebas, in dict. l. armorum sub verbo gladios, pag. 312. ubi inquit verbum gladios illius legis, non de istis cultellis parvis, & ad praelium non adaptabilibus esse intelligendum, sed pro ensibus & pugionibus & spathis ibi apponi, verbum gladios, & sic secundum cum ibi prohibitus portare arma non prohibetur hos cultellos & parvos afferre, & tenere in domo ut per Leazes in allegatione de mula, dubi. 1. in fin. fundamentum pro Marchio, num. 31 quod ad Maurorum gentes, vulgo Moriscos, optimum esset, nisi & pragmatica nova esset illis prohibitum etiam illos portare, & tenere in domo nisi sint

sine acumine, vulgo sin punta, ex quibus ad nostram legem tenet Lasarte dicto capitulo 20. numero 68. quod ex iis cultellis parvis, qui non fuerit ad nocendum neque ad praelium sunt apti, debebatur Gabella, & sed ex cultellis maioribus aptis ad praelium, & sic de fca & pugnione non utique debebatur, quia arma sunt, & de illis loqui, l. 3. C. que res ex per. non deb. & l. 6. ibi, o cuchillos, titulo tertio, pag. 5. inquit Lasarte dicto numero 68. & voluit Gironda de Gabel, 7. part. §. 2. numero 23. & 24. ubi inquit de hoc vidisse regiam provisionem, & Lazarte ubi supra, dixit vidisse sententias quas credendum est esse latas in favorem fabricantium hos cultellos majores ad praelium aptos, non vero in parvis, qui solent fieri pro usu domuum ad incidendum panem, & carnem coctam ad comedendum, vel ad scindendum pennas, quia licet cum eis possit quis occidi, id non consideratur, sed finis ad quem sunt, & sic sub armorum appellacione non continentur, & legis nostre prerogativa non gaudebant fabricatores & horum parvorum cultellorum, de navibus autem & navigiis, etiam si in eis arma defeceri soleant, & cum eis ab inde praeliari, debebatur Gabella, & ut advertit Gironda ubi supra, numero 28. ubi a num. 26. inceptit, & tandem ita concludit & ex lege nostra probatur, dum dicit, T. de los aparejos para usar de ellas.

Ibi, Pero que de las cosas que se hacen las dichas armas, velut de ferro & aliis metallis, ex quibus consuevitur & fieri solent arma, nam de iis materiis debebatur Gabella.

Ibi, En la materia y perfeccion que se suele usar de ellas. Nam generaliter id dicitur esse perfectum, quo commode & uti possumus, l. quintus, §. cui ff. de aur. & arg. legat. notat glos. magis in l. & si non sunt §. in feli, eodem titulo, glossa, & DD. in §. cum ex aliena, ver. facta, instituta de ver. divis. perfectumque dicitur id, & cui nihil addi potest, secundum Bald. in Tractat. schismatis casum, fin. dixi in l. 10. titulo sexto, numero 2. lib. 3. sup. ex quo inquit Lasarte de deci. vend. cap. 10. num. 70 quod de ense lucido vendito sine capulo & pugno debebatur Gabella, quia eo uti non solemus sine pugno & capulo, idque ex verbis iis nostre legis desumit & ex petitione & supplicatione 79. curiarum de Madrid, ex ann. 1582. id etiam probat ipse Lasarte ex eo quod ibi petitum fuit, ut lex nostra in iis verbis declararetur, satis esse tunc ensim & pugionem perfecta & consummata, ut ex ea Gabella non debeatur. Si esta ya forjada templada y amolada. Et responsum fuit quod per leges Regias hoc erat provisum, quasi vellet Lasarte, per istam responsum denegatam fuisse supplicationem & consequenter quod nisi sit ensis perfectus cum pugno & capulo debeatur Gabella ex eius venditione, & sic quod fabricatores ensium vendentes eos perfectos tamen, sine dicto ornamento debeant Gabellam, & sed licet ita videatur, tamen quia etiam dici potest capitulum illud 79. disposuisse legem nostram de ensibus lucidis intelligi venditis sine pugno & capulo, quia responsio debet intelligi iuxta summam supplicationis, res hac non est sine dubio, in quo dubio consuetudo locorum multum operabitur, & rem dubiam claram efficiet.

Ibi,

Ibi, T. de los aparejos para usar de ellas. Et sic de vagina de per se vendita debebatur Gabella, & ut inquit Gironda hic 2. part. §. 2. n. 21. T. del talabarte ex que se trae vendido de per se debebatur Gabella & ex text. hic in iis verbis. *mitus sequentibus. Aunque sean vacantes y anexos a las vacinas armadas. Et sic in materia nostra annexi & connexti non est idem iudicium, licet de jure in aliis aliud sit, quod est verum ut diximus, si annexum & sic vagina vel talabarte, de per se vendatur, secus si cum & ense ipsa vendantur pro eodem pretio, nam tunc cum principalibus & sic ensis vendatur, & ejus consideratio habeatur non debebatur Gabella de vagina, & Talabarte, insimul cum ense positus & inclusus, sicut non debetur de pugno & capulo, vulgo del pomo, y del puño. Etiam si sint alicujus valoris*

considerabiles, si ut dixi, insimul cum ense junctum & in ea posita, vagina & Talabarte vendantur, pro uno tantum pretio, & in hoc casu possit procedere illud quod dicitur supplicatio illa dicti cap. 79. Curiarum de Madrid anni 1582. Que cosa excusatoria que del talabarte ex que se trae la espada no se deviese alcavala. Nam id possit procedere si insimul cum ea vendatur, secus si de per se, sed consuetudo itidem in hoc multum operabitur.

Lex 41. sequens, quae est finalis nostri tituli, quasi idem de armis prosequitur, cum de jubones de malla, quae defensione afferunt non debent Gabellam disponat, & ne idem de aliis jubones que no son de malla, intelligeretur, addidit lex nostra de iis ultimis debent Gabellam, quibus quidem titulus noster remanet expeditus.

TITULUS DECIMUS-NONUS.

De las diligencias que han de hazer los que deven Alcavalas, y lo que pueden hazer los recaudadores de ellas.

Cum in titulo precedenti dictum sit quod omnes Gabellam solvere tenentur Gabellariis, ideo post eum sequitur noster proponens ipsis Gabellariis, quae facere tenentur pro eis recuperandis: in cuius tituli declarationem parum immorabimur, tum quia leges ejus sunt clarae, tum etiam quia aliqua earum sunt locales leges locales particulares concernentes, prout est l. 1. cum 4. sequentibus, quae cum sint speciales dispositiones non debent trahi ad consequentiam generalium dispositionum, sed generales debent modificari & limitari per Recopilacionis dicit in subscriptione marginali ad legem 7. istius nostri tituli & libri.

IN LEGEM SEXTAM. SUMMARIUM.

1. Lex nostra non corrigitur, l. 7. tit. 17. supra eodem lib.
2. Carnifices ementes carnes etiam a vicinis loci illius ubi vivunt debent conductori Gabellarum manifestare has emptiones, quod secus in aliis rebus a vicinis empsit.
3. Emens a convicino aliquam rem non tenetur manifestare Gabellario, nisi in casu nostra legis.

Lex 6. nostri tituli generalis est dispositio circa omnia loca disponens, excepta civitate Hispanensi & toto ejus Archiepiscopatu, & excepto etiam Episcopatu Cadeni, ut disponit in Recopilacionem. Tom. VI.

in l. 7. tit. 17. supra isto lib. que per istam & nostram non corrigitur, sed potius illa limitat nostram ut apparet ex subscriptione marginali legis sequentis, quae lex sequens appendix est nostre legis: quoniam nostra & illa erat una lex 94. in ordine quatermi antiqui Gabellarum ut apparet ex subscriptionibus super eis positis.

In eadem l. 6. ibi, Que aunque sean vecinos del tal lugar, in hoc lex nostra specialiter provist, circa carnifices ementes carnes, in eo loco ubi vicini sunt & carnifici, nam etiam si a vicinis emant carnes, tenentur conductori Gabellarum carnum illius loci manifestare & emptionem, ut recuperet conductor Gabellam a venditore illo, cum regulariter sit aliud in emptionibus aliarum rerum ementes tales res a vicinis loci illius, nam non tenentur manifestare emptionem Gabellario, & ut apparet ex l. 3.

I

31.

32. infra isto tit. & lib. que limitanda est ut non procedat in casu nostrae legis circa carmines ementes carnes a vicinis loci illius, qui quidem ut dictum est tenentur manifestare Gabelario emptionem secundum quod in nostra lege disponitur, & sub ejus poena.

LEX 7. Sequens est pars, ut dictum est l. 6. precedentis, & ejusdem farinae & materiae, quae quidem ut in ejus marginali subscriptione apparet non corrigitur, l. 7. tit. 17. supra isto lib. ut in ead. l. 6. dictum remanet.

LEX 8. prosequitur tandem materiam duarum legum precedentium & est earum declaratoria, nam est pars ipsiusmet legis 94. quaterni Gabelarium, ut ex subscriptione marginali videtur, & apparet ex ejus contextura in quaterno illo inserta.

De legibus, l. 4. §. 16. quae sunt ejusdem materiae, nihil necesse est remorari in declaratione earum, solum enim notandum est in fine legis, l. 4. dum dicit: De contrahendo lo que comieren y brevierca castido, rax sublemente, & habes legem similem, l. 6. infra isto tit. & ista ampliatur illam in quantum haec, l. 4. probat a tali ratione non habere locum appellationem, & latius id provilum fuit per capitula punctationum & conditionum, cum quibus debent redditis Gabelarium locari in cap. 28.

Ad leges 27. & 29. solum habes notare quod quantumvis ibi apponitur poena mercatori malitiose declaranti panes, vel non eos manifestanti intra tempus ab ipsis legibus praescriptum, quod si mercator talis intra legitimum diei tempus in dictis legibus assignatum, se correxerit & veritatem manifestaverit, evitabit poenas illarum legum ex dictis per Bal. conf. 34. volumine 5. ut in proposito dictarum legum notat Lafare, d. c. 18. num. 33.

IN LEGEM VIGESIMAM-OCTAVAM.

SUMMARIUM.

- 1. Dicitur unius jurato creditur in casu hujus legis, & num. 2. quod poterit probari contrarium, & num. 3. & 4. restringitur cum num. 5. 6. & 7.
- 2. Testium de facto proprio deponenti creditur, & quando num. 8. & 9.

AD l. 28. solum habes notare hic esse casum specialem quod dicto unius tantum credendum sit & juramento adhibito per eum, cum regulariter dictum unius sit dictum nullius, ut l. juris jurandi, c. de test. tradit Duchas Reg. 84. quam ad hoc notavit Avend. cap. 1. preto. num. 28. vers. in materia passorum, lib. 1. ubi tamen ipse inquit quod poterit probari contrarium, & & novissime allegat eam Lafare de decem, cond. cap. 18. num. 74. ubi usque ad numerum 85. pro hujus legis intellectu & praxi quinque notabilia proponit & colligit, quae tamen restrictiones sunt ut legis nostrae dispositio non extendatur ultra personas hic nominatas, scilicet, emptoris vel mediatoris, ita ut in aliis personis Regula dicte legis, juris jurandi, servanda sit, & tunc demum emptoris, vel mediatoris dictum sufficiat, si in testem quilibet & eorum adducatur

per Gabelarium, non vero alias, item & quod tunc demum emptoris vel mediatoris dictum sufficiat cum juramento, quousque venditor ipse non negat venditionem & sed fatetur potius, differunt tamen venditor & Gabelarius in pretio, quia Gabelarius dicit esse majus pretium quam illud quod venditor asserit, tunc enim super veritate pretii stabitur dicto emptoris vel mediatoris, & si Gabelarius illum in testem adducat, secus vero si negetur venditio, nam tunc non sufficiat & dictum mediatoris super hoc an venditio fuerit facta, sed plena requiritur probatio, licet tunc mediator in testem adduci poterit per Gabelarium. Aliud ego etiam requisitum ultra Lafare credo esse necessarium ex lege nostra, scilicet, quod emptor talis vel mediator, cujus & soli dicto jurato statur, sit bonae famae ut probat lex nostra ibi de bona fama, ut ut id omnino probandum sit etiam non reprobetur per eum conventum, nam cum optima fama testium est indivisa plene probationis ut hic, debet probari bona fama testis etiam si non reprobetur, nec sufficit praesumptio, quod quilibet praesentur bonus, ut late diximus in l. 6. tit. 17. supra isto lib. 3. supra, & in aliis locis, & rationem ad nostram legem assignat Lafare ubi supra num. 75. scilicet, quia si emptoris & mediatoris dicit, qui frequenter ac soli venditionibus interesse solent, non stetur, longissimum fraudi campus pateferec cui omnino obviandum est, l. in fundo ff. de rei vend. l. 11. tit. 17. supra isto lib. 9. ego tamen, aliam considero rationem scilicet, quia de facto proprio deponit emptor, vel mediator, & cum de facto proprio testis unus deponit & creditur ei, ut per Tyber. Dec. respon. 93. num. 2. volumine 2. etiam si sit vilis & infamis, ut ibi referat aliquos tenet, sed ipse in vili contra tenet, & bene, & ex lege nostra probatur bonam famam emptoris & mediatoris requirente, & cum ij de facto proprio deponant & in causis civilibus, & quae regulariter solent esse parvi valoris, nimirum si ei soli credatur, si bonus est vir & bonae famae, ut & per Anto. Gom. l. 83. Taur. num. 15. & Villolobos in litera, l. num. 17. sui Erravit communi opin. ubi limitat cum 3. numeris sequentibus, & plures de hoc refert auctores Tiraquel. de Reali. l. inag. §. 1. glof. 14. num. 47. usque ad 52. ubi num. 51. ponit unam declarationem, & Menoch. de Arbitrar. Jud. lib. 4. Cent. 1. casu. 49. Ego tamen uni soli testi etiam de facto proprio deponenti in praedictum tertium crediderem, nisi adessent cum eo aliqua conjectura, & in casibus ubi lex non disponit uni tantum credendum prout hic disponitur, & hoc quia ultra quod dictum de facto proprio, si ita non esset, fraudi locus daretur.

De lege 29. vide quae diximus in l. 27. supra ead.

IN LEGEM TRIGESIMAM-PRIMAM.

Conductor Gabelarium tenetur publicare per prececonem quo in loco & ubi reperitur, ut Gabelle et solvatur & quo modo & intra quod tempus & sub qua poena venditor vel emptor tenentur denunciar venditionem & solvere Gabelle, & est lex practicable.

SUM-

SUMMARIUM.

- 1. Dicitur, porque, causativo & pro ratione apponi solet, & num. 2. quod denotat causam finalem.
- 2. Gabelarius si per prececonem non manifestaverit ubi vivit non debet venditor neque emptor penam apponitur eis non manifestanda venditionem, num. 3. etiam si fuerint emptor & venditor quis sit Gabelarius, num. 4. & num. 7. ampliatur.
- 3. Scientia non sufficit, ubi factum requiritur, ut qui constituantur in mora vel negligentia, num. 5. cum sequent.
- 4. Lex ubi aliquid introducit de novo cum certa modificationibus omnia in ea inserta censentur de forma substantiali & in contrarium acta nulla sunt, num. 6.
- 5. Gabelarius scienti de venditione non est necesse denunciare & si non denunciavit non incurritur poena, num. 6.
- 6. Omissio qualificalis ordinis in extraordinariis judiciis vitiat ipsum iudicium, num. 8.
- 7. Ordine cessante despicit substantia, num. 9.
- 8. Minor viginti quinque annorum excusatur a poena si intra quinque dies non denunciaverit Gabelario venditionem per ipsum registratorem, num. 10. ubi num. 11. item in majoribus si offerat Gabelarium aut condemnationem, sed in num. 12. contra deciditur.
- 9. Poena legalis in tantum parti debetur in quantum ei interest, num. 12.
- 10. Fraudator Gabelle non tenetur ad poenam, si dolo eam non fraudaverit eadem num. 12.
- 11. Gabelle debetur statim perfecta venditione etiam re nondum vendita, vel etiam si ad creditum venditor, num. 13.
- 12. Dies termini computatur in terminis in praesenti lege, num. 14.
- 13. Dies communis more computatur ab ortu solis usque ad eius occasum, num. 15.
- 14. Arbitrationis causa si quae apponitur iuxta non ledunt, num. 16.

Ibi, Porque las vendedores no se pueden excusar de pagar las alcavalas que deben dize dize que no sabian a quien. Ponderanda est dictio illa porque, quae causativo & pro ratione & regulariter ponitur, secundum Bart. l. demonstratio. §. quod antea num. 10. vers. item quod si testatur ff. de coedit. & demonstrat, & Tibert. Dec. resp. 54. num. 24. volumine 3. item & secundum eundem Tibert. Dec. Resp. 77. num. 14. volum. 1. ex Bal. in l. 1. colum. 1. ff. de fidei, denotat causam & finalem, ut & per Tiraquel. contra Imol. per eum allegatum, in tract. de test. causi. in regu. num. 82. cum quibus sequunt. ut sic in lege nostra & in ejus materia denotet & advertat, quod cum ut venditor & emptor, sciunt qui debent solvere Gabelle, subest lex nostra conductorum Gabelle illis debere publicare per prececonem in duobus diebus distinctis, & consecutivis una vice quolibet horum dierum ubi moratur, & vivit ut venditor & emptor i licet accedant solvitur Gabelle, talis conductori, vel ad manifestandum eam, licet inquam notate & advertere quod si prececonium hoc datum non sit, neque venditor neque emptor & incurritur nostra poena, nam, Acedens in Recopilationem, Tom. VI.

si intra quinque dies a lege nostra assignatos non solverint, vel man festaverint venditionem conductori tali, cum tunc deficiat causa finalis: quae si non deficeret excusari se alias venditor & emptor non possent, nimirum si excusati sint, neque tenetur tunc venditor perquirere Gabelle, nam si prececonium non est datum, ex nostra lege & ex dictis per Ludov. de Carbone, de registrat. no. quif. 33. in dubita. §. quod adeo verum crederem, quod quantumvis venditor & emptor sciant quis sit conductor illius Gabelle & ei non manifestent venditionem intra tempus nostrae legis, quia prececonium dictum non dedit, adhuc non incurritur & ejus poenam, nam quantumvis sit regula juris, quod is qui certioratus est non sit opus ulterius certiorari, ex cap. cum qui, de reg. jur. in 6. tamen ubi ultra scientiam requiritur, factum non sufficit scientia, sed certioratio est adhuc & necessaria praesertim ad incurrendam poenam, secundum Bart. in l. demonstratio. §. quid ergo ff. de adulter. glof. fin. in cap. non iniuste de procurato. quam allegat Covar. in cap. fin. quif. 1. de emptio & vend. & ibi Abb. & idem Abb. in cap. cum inter universos, num. 20. de electio. & in cap. Eccllesia vestra, num. 9. in medio eod. tit. ubi haec dicit communem doctrinam esse ibi Addition alia allegat, & communem dicit Covar. lib. 3. Par. cap. 17. num. 3. hic autem lex nostra prececonium requirit ex parte conductoris, & ex parte venditoris & emptoris factum, videlicet intimationem factae venditionis, ergo non sufficiet aliunde scire venditorem vel emptorem quis sit conductor dictae Gabelle, ut poenam nostri text. incurrant, si non manifestaverint venditionem pro quo facit, quia quocumque lex aliquid introducit de novo cum certis modificationibus, omne dictum a tali lege censetur de forma substantiali, & consequenter omnia in contrarium acta & nulla sunt & non obligant, ut diximus in l. 1. num. 28 & 32. tit. 1. lib. 5. supra, sed lex nostra inducit de novo contenta in ea, & cum modificatione quod prececonitur, ergo vera sunt dicta quoad venditorem & emptorem, secus quoad Gabelarium: nam si ipse expedite scit de venditione non oportet ei denunciare, cum in eo simplex scientia requiratur, & sic tunc si ei non manifestetur, non incurritur poena ex dicta doctrina communi & ita tenet Lafare, d. cap. 18. num. 34. & dicta ita iudico, ergo si non fiat, non obligatur venditor & emptor ad poenam, quae adeo vera sunt quod si ante prececonium datum, & venditionem factam, ii quinque dies transierint & eis jam transactis prececonitur non incurritur & venditor & emptor praecedentes poenam si non denunciant, tum quia qualitas adjuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. 2. §. in dicitur, ff. de nexu. tum etiam quia temel jam percurtus ortus fact, & omnia, quia non erat factus ante talem venditionem, & omissio qualificalis ordinis in extraordinariis judiciis & vitiat ipsum iudicium secundum In. 8. no. in cap. tua ad fin. de colu. ele. & mult. & Hippol. in prax. §. secunda num. 82. ordineque cessante subsistit substantia secundum Bald. in cap. 1. col. 1. a. qui fuerit test. in vili. fin. & Hippol. no. supra, num. 77. & ita tenet etiam Lafare d. cap. 18. num. 35. & prior in cap. 4. num. 11.

11

13. aliud velit, dicens quod si dubitatur de Gabellario non current isti quinque dies, sed a die scientie current, nam unde quæro istam doctrinam & suspensionem collegit author hic, a lege nostra non, quia ex ea colligitur & ipsemet author colligit Gabellam statim deberi perfecta venditione ante traditionem, & quod abinde ii quinque dies current, & quod dies venditionis computatur in termino, si ergo ita est quomodo suspendi potest terminus hic, cum lex nostra id non declarat, item quia si id esset, posset utique venditor & emptor dubitare quis sit conductor Gabellarum etiam dato per Gabellarium præconio, ergo si dubitatur non current ii quinque dies, quod est falsum, ex lege nostra, ergo male dixit Lafarte esse in suspensio eorum qui neque dierum subdubatur de Gabellario, & consequenter meam ampliationem veram esse teno. Et ut incepta compleamus sciendum etiam est, quod minor, 25. annorum etiam si intra quinque dies non denuntiaverit, & solverit Gabellam Gabellario de rebus a se venditis excusatur per viam restitutionis adversus culpam in se omittendo commissam, ut ponam nostræ legis non incurret, ex text. & ejus materia. C. si adversus delictum, & in l. si ex causis, §. penult. ff. de minor. tenet Castillo in l. 1. Taur. fol. 20. column. 3. & 4. & eo relato Lafarte dist. cap. 18. num. 13. imo & in majoribus idem video pluries sententari, ut siquidem si majores 25. annorum ante condemnationem offerant Gabellam Gabellario, excusentur a pena & condemnatione, ut voluit Castillo ubi supra in l. 7. num. 45. licet ipse ibi teste Lafarte hic, num. 37. aliud velit attenda lege nostra quaterni, sed ego non video majorem rationem ad tenendum contrarium imo eadem, cum nihil partis & sic Gabellarii interdic, nisi solum Gabella, quam petit & pretendit, & pena legalis in tantum & debetur in quantum interest parti, ut diximus in l. 3. tit. 8. lib. 4. supra, num. 43. & per Anton. Thesau. in decisio. Pedamont. 79. num. 3. & iterum decisioe 98. num. 3. & ita de jure verum crederem & tenendum nisi haberemus, l. 125. quaterni Gabellarum appositam pro l. 8. tit. 7. supra isto libro in fin. que decidit hanc quæst. & sic secundum suam dispositionem circa majores 25. ann. respondendum est in nostro casu, cum solvit reus ante condemnationem, lapsis iis quinque diebus de quibus in lege nostra. Inquit tamen Menoz. cons. 98. num. 21. & 22. lib. 1. Gabelle fraudatorem non teneri ad penam si dolo non fraudavit, & Andra. Gall. in obser. impo. libro 2. observat. 48. num. 27.

Ibi, Después del otorgamiento, & sic statim perfecta venditione debetur Gabella etiam re vendita & nomen tradita, quia statim quod de pretio est conventum perfecta est venditio, ut diximus in l. 1. tit. 17. supra eodem glof. paguen, ex Lafarte cap. 2. num. 4. & cap. 6. num. 12. cum sequentibus, ubi num. 23. cum sequentibus, idem esse ait, cum venditionis pretium solvendum est ad diem certum, nam statim Gabella peti potest, & sic dicitur judicasse. & ego vidi judicatum per consilium regium patrimonii Regi, & à num. 13. in dist. cap. 6. incepte Lafarte hanc quæst. 5. & num. 18. inquit venditorem non adimplere cedendo actionem contra emptorem

pro Gabella, & idem tenet Salon de jur. & jur. cap. 191. pag. 454. versu. secundo dico, licet ipse ibi traditionem rei requirit & male.

Ibi, El lunes, junctis verbis, la pague el viernes, habes notare in nostra lege & ejus dispositione disponi diem termini & computari in termino quod regulariter secus est secundum aliquorum opinionem ut notat DD. in l. 1. ff. si quis causis, & nos diximus late in curia Pisana lib. 4. cap. 2. de renuntiatio officio, & in l. 4. tit. 4. lib. 7. num. 10. diximus magis communem esse diem termini computari in termino.

Ibi, Hasta puesto el sol, & sic non more Romano à l. more Romano. ff. de fer. & dixi in dist. cap. curia, & in l. 4. tit. 4. num. 12. lib. 7. supra, sed more communis, quo quidem diem computamus usque ad occum solis sicut in laboratoribus campi considerari solet, & considerat Lafarte dist. cap. 18. num. 34. ad fin.

Ibi, Al dicho arrendador, impli enim & non alii solvendum erat, & sic quavis lex nostra id non exprimeret, sic intellegebatur, ut in ejus propositum dicebat Avendanno cap. 7. pre. num. 4. libro 1. sed lex nostra id expresse ut tolleretur occasio illa dubitandi præsertim cum penam dupli ipsi Gabellario applicat, in qua poterat dubitari an esset Gabellarii, cum in viam penæ deberetur, & que dubitationis causa tollendæ apponitur juri non solent, l. qui mutant ass. mand. l. que dubitationis, ff. de regu. jur. & que superabundant non solent vitare scripturas, l. testamenti. C. de testam. l. non solent ff. de reg. jur. & puro. Adiles l. ut ait iudicisconsulor,) tollendæ dubitationis gratia bis idem dixisse, ne qua dubitatio supercesset in l. 1. §. sciendum, ff. de edil. edit. sed an emptor non revelans teneatur in conscientia vide Navar. de restitu. lib. 3. cap. 1. num. 263. cum sequentibus.

Ibi, So pena de pagar la dicha alcavala en la dicha pena. Intellige hoc nisi in casibus supra in x. glo. designatis in quibus excusatur a pena ut ibi diximus, & non quod secundum communem assertam, per Michaëlem Salon, de jur. & jure, cap. 187. pag. 442. versu. sed quia occulte contrabens non excusatur a solutione Gabella, licet penam solvat.

IN LEGEM TRIGESIMAM-SECUNDAM.

Emptor tenetur in casibus hic expressis retinere Gabellam apud se.

SUMMARIUM.

- 1 Venditor & emptor si sunt ejusdem loci non tenentur emptor apud se retinere Gabellam, nisi in casibus à jure expressis, ut num. 2. & 3. quia in eunte clerico debente Gabellam ex venditione, & num. 4. idem quoad manifestandam venditionem, 7. & 8. limitatur quoad l. nostram.
- 2 Gabella ex vino, vel aceto, vel de aquarise aut multo an debeatur, num. 5. & 6.
- 3 Gabella debetur ex caribus & piscibus, num. 7.

Ibi, No fuere del lugar de se haze la venta. Ergo à contrario sensu si venditor & emptor sunt ejusdem loci non tenetur emptor regulariter apud

IN LEGEM TRIGESIMAM-TERTIAM. SUMMARIUM.

Perplexitas & contrarietas legis nostra ad l. 31. istius tituli consideratur.

De lege 33. vide etiam cap. 27. de los nuevos apuramientos de las alcavalas, quod quidem capitulum à nostra lege fuit extractum, sed reddet prima facie lex hæc in sua dispositione quemlibet perplexum cum eam contrariari videatur legi. 31. istius tituli ubi disponitur quod facto præconio, de quo ibi emptor tenetur denuntiare Gabellario venditionem rerum, quas ipse emit intra tres dies post emptionem alias solvet Gabellam & penam ibi assignatam, in nostra autem lege dicitur, quod ad Gabellarii petitionem tenetur emptor declarare à quo merces & mercantias emit, sed si ex dicta lege. 31. emptor tenetur id denuntiare, quomodo lex nostra Gabellario imponere videtur onus id inquirendi ad emptorem, cum ipse emptor ad id teneatur, neque est congrua responsio dicere quod lex nostra intelligatur in eunte has mercantias ad portandum eas ad alia loca, quia lex illa. 31. generaliter loquitur, neque itidem satisfaciatur dicens, quod lex nostra intelligi possit ut non sit contraria neque diversa à dicta lege. 31. quoties intra illos tres dies id velit inquirere Gabellarius ab emptore, & sic restringitur ex dist. l. 31. quia lex nostra non est restrictiva certi temporis, sed in quocumque tempore procedit, antequam mercantia extrahantur, ideo ego huic difficultati satisfactum credo, si consideres quod hæc lex nostra non necessitat Gabellarium id facere, sed in sua voluntate relinquit, quod si voluerit poterit id facere, intra illos tres dies dist. l. 31. vel eis elapsis ante quam merces extrahantur ab illo loco, licet cum descriptione, nam si intra illos tres dies id petierit Gabellarius, & emptor declaraverit, non tenebitur ulterius denunciare Gabellario emptionem, ut d. l. 31. jubebat, & liber erit ab ejus pena, sed si iis tribus diebus elapsis id perquisierit tenebitur emptor id declarare, & insuper poterit Gabellarius ab eo exigere Gabellam & penam, ex dispositione dist. l. 31. & consequenter lex nostra providendo in favorem Gabellariorum, ulterius processit & amplius quam in d. l. 31. ita ut de utroque remedio Gabellarius qui possit, neque per legem nostram excludatur remedium d. l. 31. neque per eam nostram, & sic cessat difficultas.

apud se retinere Gabellam, & eodem modo à contrario sensu idem probatur ex l. 6. supra tit. 19. nisi in casibus à jure expressis, & quorum caluum unus est in l. 8. tit. 17. supra isto lib. alius est in dist. l. 6. supra isto tit. 19. scilicet, cum quis emit ab homine potente, domina, aut virgine, vel ab officiali Regis in eodem loco viventium. Ex quo inquit Villalobos in Arario commu. ep. litera E. num. 3. fallentia. 4. quod emens aliquid à clerico debente Gabellas ex tali venditione tenetur apud se retinere Gabellam & ad instar illius, qui emit ab extraneo, & pro hac allegat. l. 100. quaterni Gabellarum, que apponitur in dist. l. 8. tit. 17. supra eodem, que mihi ad hoc concludens non videtur, cum ibi specialiter in causa loquatur, sed potius ex dist. l. 6. supra isto tit. 19. & ex nostra poterat posteri, sumendo clericum pro homine potente, & sic per homine potens, cum difficultate conveniatur, & nisi sub hæc dictione eum comprehensas nullibi video probari illam doctrinam dicti Villalobos.

Ibi, Por no hazer saber las compras, sub iis verbis relatis ad omnia proximè dicta videtur deduci etiam posse, quod si venditor & emptor sunt ejusdem loci ubi Gabella debetur & res ex qua debetur venditur, quod non tenetur venditor denuntiare Gabellario venditionem & neque incurrit penam si non denuntiaverit, sicut neque incurrit si non retinuerit Gabellam in hoc casu, ut dictum est, & videtur colligi ex capit. 14. de los apuramientos de las alcavalas.

Ibi, Salvo del vino, ut supra l. 8. titulo 17. & l. 16. supra isto titulo, & libro 1. & cap. 32. de los apuramientos de las alcavalas, & sic habes hic & in dictis legibus quod de vino debetur Gabella, & quantumcumque cor hominis latificet, sed an de aceto, vel de aquatico vel mullio & debetur vide Girondam, de Gabell. 8. parti. num. 12. cum sequentibus aliquibus, & Salazar, de usu & consuetudine cap. 4. numero 53.

Ibi, Carne y pescado, ut in l. 6. supra isto titulo, & sic licet hic text. quod de caribus & piscibus debetur Gabella & ut per Gironda, ubi supra, num. 27. ad hoc allegando legem nostram & diximus in l. 15. tit. 17. supra isto lib. & propositum nostræ legis quoad retentionem Gabella per venditorem & faciendam de qua lex nostra loquitur requiritur quod hæc mercantia vini, carnis & piscarie minutatim vendantur, quasi secus si non minutatim.

Ibi, Se contiene. Quæ est lex 8. tit. 17. supra hoc lib. & l. 6. & 16. istius tituli 19. & de lege nostra meminim Lafarte de decimo. vend. cap. 15. numero 8.

TITULUS VIGESIMUS.

De las Ferias, y Mercados.

Cum in titulo precedenti dictum sit de diligentis faciendis a Gabellariis pro recuperatione Gabellarum eis debitaram, hasque diligentias tenentur etiam facere contra vendentes & ementes in feriis & mercatis franchis ideo subsequitur titulus hic post precedentem in quorum declarationem parum immorabimur.

IN LEGEM PRIMAM.

Franchis ferie & mercata non sunt in regnis & dominis Regis, & nullas ad ea accedat nisi nostri rex, nisi tales ferie & mercata sint ex privilegio Regis in libro de lo salvado apposta & concessa, ut sunt Medina & in similibus.

SUMMARIUM.

- 1. Mercata in suis populis constituta possunt dum tamen non faciunt ea franca & libera & ibi ut unus populus possit alium circa hoc impedire.
2. Commercia sunt de jure gentium.
3. Mercata & ferie necessaria sunt ut ibidem commercia sunt & contractus celebrentur.
4. Civitas indiget pluribus iusticiis & aliis conductoriis & aliis ministrantibus invehentibus & evehentibus singula.

Ibi Feries francas y mercados francos no sean ni se hagan. Pondera dictiones illas, Francas y francos, ut intelligas non esse prohibitum, mercata Dominos in suis populis constituta posse, dum tamen, ea franca non efficiant, ut inquit Gregor. Lop. in l. 3. tit. 7. part. 5. glos. Mercados & glos. Por su privilegio, quam sequitur Gironda de Gabol. 7. part. 8. 2. num. 18. & Anton The. sau. in decisio. Delphin. 264. num. 4. & num. 5. an possit unus populus alium circa hoc impedire, & de rationem assignant, quia commercia sunt & de jure gentium, l. hoc jure ff. de just. & jur. & ideo lex nostra adjungit verbo, Feries, & verbo, Mercados, illa alia verba, Francas, y francos, ut haec & alia non sit censendum prohibuisse.

Ibi, De Medina, y las otras ferias, Quarum plures referuntur in tit. 18. supra eod. & ferie hae & mercata necessaria sunt ut ibidem commercia & exercantur, & contractus celebrentur a jure gentium inventa ex d. l. hoc jure ff. de just. & jur. quibus quidem homines inter se conversantur, cognoscantur, contrahunt, permutant, & vendunt ad generis humani conservationem, ad Regum & Principum redditus augendos &

mercatores sese distandum ut dicitur in prin. tit. 7. part. 5. quae nisi herent faciliter commercia, tractus & contractus deficerent, & paulatim mundi republica destrueretur, & consumeretur, ex quo dicebat Plato apud Graecos summam prudentiam & auctoritatis existimatus, lib. 2. reclusus & laudatur per juris conf. in l. 2. ff. de mundicia, quod indiget civitas pluribus iusticiis, & aliis conductoriis, & aliis ministrantibus invehentibus, & evehentibus singula: hi autem sunt negotiatores, & horum, ut vides quotidie in feriis & mercatis reperies plurimos, quibus indigentia civitatis repletur.

Ibi, T de mas que perdan todos sus bienes, muebles y rayzes, Alteratur poena haec amissionis bonorum ex l. 5. infra eod. & solum imponitur iis qui ad mercata & Feries francas vadunt cum suis mercantiis, poena in illa lege 5. declarata, & hoc nisi ferie & mercata franca sint de scriptis in libris De lo salvado. ut in l. 4. infra eod. continetur & eodem modo lex 2. sequens per eandem leges 4. & 5. alteratur, ut in subscriptione marginali. d. l. 2. videbis scriptum.

IN LEGEM SECUNDAM.

Vendentes & ementes in feriis & mercatis franchis in locis ubi domini eorum franchisiam publicari faciunt, puniuntur nostri text. panis, quod secus est si franchisiam non publicatam existentibus venditoribus in feriis & mercatis illis, conductores Gabellarum eis aliquam gratiam fecerint, nam tunc ex lege nostra nullam incurrent poenam.

SUMMARIUM.

- 1. Declaratur verficulus, Pero no se entienda.
Ibi, Ordenamos, y mandamos. Ut vides ex inscriptione marginali nostri text. lex nostra non, sed leges 4. & 5. sunt servandae & attendendae tanquam noviores.
Ibi, Pero no se entienda salvo, Obscura videbantur haec verba, sed redduntur clara, ex verb. sequente, mas no ay lugar, scilicet, quod verb. hic, pero no se entienda salvo, & loquitur & procedit cum Domini in villis & populis suis ferias &

& mercata facientes cum franchisia Gabelle eas faciunt, tunc enim poena nostra text. incurritur, & in hoc casu intelligitur, l. 5. tit. 7. part. quinta, ut ibi optime advertit glos. O mercados, verficulus vero ille, mas no se entienda, loquitur in mercatis & feriis ubi Domini villarum & locorum franchisiam non publicant, neque faciunt, licet conductores Gabellarum talium villarum & locorum hominibus ibidem concurrentibus, & jam cum mercantiis suis ad vendendum eas existentibus paratis, gratiam aliquam faciunt, tunc enim poena nostri text. & sequentium legum locum non habent, quia non publicata fuit franchisia, & postquam Domini mercium ibi exstant cum suis mercibus sponte sua conductor, qui possit integram Gabellam percipere, noluit, sed potius gratiam aliquam venditoribus fecit, id enim licitum est, & in hoc casu non procedit dict. l. 3. tit. 7. p. 5. ut ibi advertit gl. neque procedunt leges 4. & 5. sequentes, quae in mercatis & feriis franchis & liberis & Gabella loquantur, cum loca illa non essent de contentis in libro, De lo salvado, & in hoc lex nostra per illas non est correctae, sed potius confirmata, & ita leges illae per nostram & per dicta declaranda sunt, quia de causa cum cauti mercatores accedunt ad ferias & mercata causa vendendi suas mercantias, solent authenticum testimonium adferre continens quod in illa feria & mercato nulla franchisia erat publicata, sed integra Gabella percipiebatur & percipi poterat per conductores eius, & quod sic ab eis percipit & eodem etiam intelliges modo l. 17. t. 17. sup. isto lib. ubi diximus haec & alia.

Lex tertia sequens itidem per legem illam 5. istius nostri tituli cessat cum ibi idem quod in nostra sit declaratum, & determinatum.

IN LEGEM QUARTAM.

Evites ad emendum vel vendendum ad ferias & mercata franchia vel in quibus gratia aliqua sit ex Regis privilegio, vel ex mandato dominorum talium locorum, ubi hoc sunt, venientur solvere Gabellam bonorum ibidem venditorum in locis ubi sunt vicini, etiamsi in ipsis feriis, & mercatis franchis vel ubi aliqua gratia sit eam solvant, & hoc nisi mercata illa & feria franca sint in libris de lo salvado constituta & inscripta.

Ibi, mandamos, Lex haec respicit materiam l. 1. & 2. supra isto titulo quae in iis terminis disponebant, & ut apparet ex subscriptione marginali d. l. 2. haec nostra est novior & consequenter nostra & non illae sunt servandae, ita ut poena legis nostrae circa tales venditores & emptores servanda sit, non vero poena d. l. 1. quae in hoc rigore procedebat, ut & in legibus precedentibus remanet dictum.
Ibi, Franco y franquialas, Ita ut si non sint franchia, non habeat locum legis nostrae dispositio ut & in dict. l. 1. supra eadem diximus.
Ibi, O que he baya en ellas alguna gracia y quita, Intellige haec verba quoties gratia illa & remissio publicata est & omnibus indifferenter sit ibidem euntibus cum suis mercantiis, ut colligitur ex verbis sequentibus, ibi, assi por ser las dichas franquias por privilegios reales como por ser bochas por Arcebis in Recopilacionem. Tom. VI.

los señores de las tales villas y lugares, & sic franchis generalis omnibus facta est, secus vero si non ita esset, sed quod vendentibus in iis feriis & mercatis per conductores Gabellarum fieret aliqua gratia & remissio Gabella, tunc enim non erit locus dispositioni nostri text. & similitum, ut ex dict. l. secunda supra eadem probatur in vers. mas no ay lugar, & ibi diximus, & in hoc lex illa 2. non censetur correctae per nostram cum de hoc casu lex nostra non loquatur neque ullo modo meminerit, ut ibi diximus.

Ibi, Sean venidos de pagar la dicha alcavala, & insuper incurrent poenas in lege sequente appostas, in vers. otro si que personas aliquan.

Ibi, Salvo si fueren las tales franquias, Haec est limitatio precedentium dispositionum nostrae legis, ut scilicet, non habeant locum quoties ferie illae, & mercata sunt de inscriptis in libris de lo salvado, nam tunc ibidem ementes & vendentes nullam incurrent poenam, debent tamen tales venditores & emptores offerre testimonium Authenticum qualiter in illis feriis & mercatis vendiderunt vel emerunt, ut apparet ex l. 17. tit. 17. supra eadem lib. ubi diximus in glos. sup.

Ibi, Pero esto no se entienda en las ferias de Medina de el Campo, Videtur verficulum istum advertit precedentibus, nam dictio illa, Pero, latine, sed est advertitiva, & sic videbatur feriam Metinae includi in prima dispositione nostri text. & advertit verfic. proximae precedenti, salvo si fueren tales, & revera verba haec, pero esto no se entienda, incaute fuerunt apposta post verficulum, salvo, sed ante eum debent apponi, quia feria Metinae est de salvatis, ut apparet ex l. 1. sup. eod. & ex verbis sequentibus, Tansi mismo se guarde, in quibus civitas Pincinae & Matricii eximuntur a prima dispositione nostrae legis, sed quia non est dicendum iuriconsultos incaute locutos, dicendum est quod cum verficulus ille, Salvo, generaliter excluserit plures fecus & mercata, quae in libris, de lo salvado, sunt apposta, voluit intentionem habendo ad priorem nostri text. dispositionem, ut prima haec ejus dispositio similiter non procederet in feria Metinae, & sic verficulus hic, Pero, non advertitur precedenti verficulo, Salvo, sed primae nostri text. dispositioni, sicut ipse verfic. Salvo, respicit & quia sic colligitur ex repetitiva illa sequenti, Tansi mismo, latine item, quae repetit similia, ex l. in repetendis de leg. 3. & cum in civitate de Valladolid, y Madria, disponat verfic. Tansi mismo, esse servandam immunitatem eandem, quae servatur feris descriptis, en lo salvado, idem dispositio censendum est in ver. pero esto, aliter enim, dictio illa, y ansi mismo, non repeteret similia, & esset male apposta, quod dicendum non est, & sic lex nostra, a primis verbis, usque ad verficulum, salvo, ponit regulam generalem contra ementes & vendentes in feriis & mercatis franchis, ex privilegio, vel ex mandato dominorum populorum ubi tales ferie & mercata franca sunt, a verb. vero, Salvo, ponuntur tres fallentiae dictae regulae, scilicet, ut regula non procedat in feriis & mercatis franchis in libro de lo salvado, inscriptis, neque in feria de Medina del Campo, neque itidem in feriis de Valladolid, y Madria, & sic remanet lex nostra optime intellecta & declarata.

IN LEGEM QUINTAM.

Nulle mercata & ferias liberae & franchas faciat sub nostri textu, panis, & venditores vel emptores euntes ad eas incurram etiam nostri textu, panis.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra a principio usque ad versiculum dicitur, exclusivè loquitur.
- 2 Lex 1 supra eod. corrigitur per nostram quo ad penam amissionis bonorum.
- 3 Verba nostri textu, a comparat, y a vender, cum effectu sunt intelligenda.

Ibi, pende mandamus, Lex hæc a principio usque ad vers. Otro si que personas, exclusivè loquitur & tractat de facientibus has ferias & mercata francha, de quibus locuta est l. 1. in prin. usque ad versiculum, T qualesquier, & de quibus etiam loquitur, l. 3. supra, isto tit. & in effecta, contra tales personas, easdem penas istas tres leges imponunt, licet nostra aliud magis addat, ut ex ipsa patet.

Ibi, Otro si que personas algunas, ab his verbis usque ad finem tractat lex nostra contra euntes ad tales ferias, sive ad vendendum sive ad emendum mercantias, & auget penas, l. 4. preced. & corrigt penam, l. 1. ver. T qualesquier, supra eodem, que penam amissionis imponebat eis, & sic solum ultra Gabellæ solutionem, à talibus personis faciendam in loco ubi sunt vicini, de quo in d. l. 4. supra eod. incurrit etiam penam nostri textu in hoc vers. Otro si, designatam, non vero amittent bona, ut dicebat d. l. 1. supra eodem, que in hoc remanet & correctæ, prout ibi; & in aliis legibus huius tituli dictum remanet, nam circa has personas euntes ad vendendum vel emendum ad tales ferias & mercata lex nostra non disposuit has penas esse ultra alias appositas in d. l. 1. & 2. supra eod. & sic nostra lex & 4. precedens & non illa est servanda, ut in marginali subscriptione ejusdem l. 2. dicitur, quod nostra & 4. precedens sunt servandæ tanquam noviores.

Ibi, A vender ni a comprar, & sic non sufficit ire, nisi eant ad emendum vel vendendum, imo & non sufficit ire ad emendum, vel vendendum, nisi cum effectu vendant vel emant, & sum quia ex l. 4. precedente disponitur quod solvant Gabellam in loco ubi morantur, & sunt vicini, ergo si Gabella solvenda est, omnino est sciendum quanta & quæ sit Gabella, hæc autem verificari non potest, nisi ex venditione, ergo venditio requiritur ad incurrendas penas nostras legis & precedentis: tum etiam quia lex nostra empta in feris & mercatis iis franchis amissa esse disponit, ergo factum requirit, non vero sufficit sola voluntas emendi vel vendendi in eis, eod quod cogitationis penam nemo meretur neque animus delinquendi puniatur nisi ad factum procedatur, jam enim de consuetudine non servatur dispositio legis, in qui cum solo. C. ad leg. Cor. de fidei. tum etiam quia id est de jure ut diximus in propositum similis materia in l. 16. num. 1. 2. & 3. tit. 11. lib. 5. supra.

De lege 6. vide l. 30. tit. 18. supra isto lib. De lege 7. finali, solum advertendum iudicæ, quamnam penam sit frangentis securitatem & salvam guardiam Regiam præstitam euntibus ad ferias Metinæ & Vallisoletæ, & aliarum partium, & penam hanc videbis impostam per l. 1. in prin. & ibi Part. ff. ad leg. Jul. maj. & l. fin. tit. 16. part. 2. & l. 1. col. pen. tit. 2. part. 7. ubi glo. assignata, eas allegat & dicit in l. 2. tit. 9. lib. 8. supra.

De lege 8. vide l. 4. tit. 7. p. 3. & vide quæ dicit in l. fi. tit. 9. lib. 8.

IN LEGEM NONAM.

SUMMARIUM.

- 1 De feriis & solutionibus in eis faciendis plura traduntur.

Lex hæc tractat de feriis, & solutionibus in eis faciendis temporibus & in loco hic constitutis, & cum hac lege finiuntur leges in iis quæ terminis duobus insertæ, & additæ nostre Recogitationis legibus, titulis & libris ordinatis, prout ex eis visum est.

TITULUS VIGESIMUS PRIMUS.

De las Tercias del Rey.

Um in superioribus titulis dictum sit de Gabellis & redditibus Regiis, nunc & prosequendo hanc materiam sequitur titulus hic de tertiis Regi competentibus & in ejus incorporatis patrimonio.

IN LEGEM PRIMAM.

Rex in suo regno & Dominio fundatam habet intentionem in tertiis decimarum percipientibus contra quoscunque, sive seculares sive Ecclesiasticos, qui titulum legitimum in contrarium non demonstraverint, & tertia hæc sunt duo noveni omnium rerum decimalium.

SUMMARIUM.

- 1 Rex super tertiis decimarum percipientibus fundatam habet suam intentionem.
- 2 Rex potest has tertiis in alios transferre etiam per viam contractus tanquam res in suo patrimonio incorporatas.
- 3 Decimas sibi concessas aut possit laici licet sibi retinere, & non.
- 4 Decimas percipiendi ius spirituale est, neque laici potest regulariter competere, etiam ante Concilium Lateranense, nisi ex Papa concessione, ut num. 5. 6. & 7.
- 5 Laici ante Concilium Lateranense capaces erant iuris percipiendi decimas, post illud vero non, num. 9. & sic si titulus authenticus exhibeatur habetur ante dictum Concilium Lateranense licite retinerentur, ut num. 10. & num. 11. cum sequent. aliquibus, quod si non apparet, sed de tempore immemoriali an sufficiat.
- 6 Probare quid tenebatur fuisse ante dictum Concilium Lateranense vel post decimas concessas, num. 12. deciditur & num. 13. cautela pro Ecclesia ponitur.
- 7 Probatio que sufficit ex parte licet decimas percipientis pro fundamentis sue intentionis, num. 14. & num. 15. an sufficiat probare immemorabilem possessionem percipientis illas & num. 17. in contrarium arguitur & num. 20. prosequitur veritas & num. 21. & 22.
- 8 Immemoriale tempus prestat titulum, nisi detur incapacitas in prescribente, num. 16.
- 9 Decime si a nobilibus laici sine scandalo auferri non possunt dimittenda ei sunt, num. 18.
- 10 Episcopi quando conquesti fuerant de nobilibus decimas percipientibus quid factum, num. 19.
- 11 Quando non constat de recognitione Ecclesia presuntur laicum decimas usque posse, num. 22. sed ut num. 21. sufficit per libellum hanc recognitionem facere & metus, num. 23.
- 12 Fama publica probatio requiritur etiam in hac probatione de decimis per laicum percipiendis

- facienda, num. 24. & num. 28. prosequitur, & num. 29. consilium auctorit.
- 13 Fama privilegii cum concurrens cum immemorabili prescriptione & consuetudine, tunc etiam incapax prescribendi potest se fundare in tali prescriptione, & sic fama talis alleganda & probanda est, ut faciat laicum capax allegandi talem prescriptionem qua licet non det titulum dat tamen capaciatem, num. 25. 26. & 27.
- 14 Probare non est necesse quod fuerit laicus decimas percipientis infensatus ante Concilium Lateranense, num. 30.
- 15 Consilium auctoritatis circa probationem faciendam in perceptione harum decimarum per laicos, num. 31.
- 16 Laicus possidens decimas ex iure ac privilegio summi Pontificis concessis ante sive post Concilium Lateranense tenet ut & recte possidet si de privilegio constat concedere que Papam tunc videtur in temporale percipiendi decimas non vero spirituale, n. 32.
- 17 Laicus possidens decimas ex immemorabili tempore se & suas illas habuisse ex concessione, & privilegio summi Pontificis tunc erit presertim probata publica concessione fama, n. 33. ubi consilium auctoritatis.
- 18 Laicus decimas possidens si solum se fundat in prescriptione & possessione sui & suorum nihil facit, num. 34.
- 19 Laicus possidens decimas ex concessione Episcopi alicuius in suo Episcopatu per viam infensationis ante Concilium Lateranense concessa in perpetuum decedendo de iurisdictioni titulo possidet, num. 35.
- 20 Laicus decimas possidens & non potest decere de concessione quid debeat allegare, & quid probare ut obtinere possit, n. 36. & n. 37. consilium auctoritatis, & n. 38. aliud consilium pro tantum conscientie, & n. 39. aliud singulare ad hoc consilium.
- 21 Laicus iugis possessor harum decimarum an possit eas in alium laicum transferre, num. 40.
- 22 Decime a laico possessa possunt per alium laicum contra Regem per tempus immemorabile, & contra inferiores à Rege minori tempore prescribi, num. 41. & 42.
- 23 Iudex secularis poterit in iuste litibus decimas libi contra laicos eorum possessores procedere, n. 42. ubi quid si detur in emphiteusis, vel feudum ante dictum Concilium Lateranense, & ibi ponitur concordia super hoc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUENOS AIRES DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

24 Laico decimas possidenti ac spoliatu an competat remedium restitutorium, num. 43.
25 Laicus horum decimarum Dominus cur subsidi- dium praestitit eis, num. 44.

Item, Son mostrat, & sic ut suas pos- sidet Rex & in eis habet fundatam suam intentionem, ut apparet ex lege nostra & eam ad hoc ultra alios allegat Avendaño c. 4. p. 1. in 2. in princ. lib. 2. & iterum in n. fin. in fin. de Lafarte de decim. vend. cap. 39. n. 29. cum sequentibus, & Gutierrez lib. 1. p. 1. q. 1. 24. circa Ragem nulli dubium, neque dubitandi locus relinquitur; aded ut secundum eos maxime Gutierrez, & ab eo allegatos in d. quest. 14. numero secundo, potest rex has terras in alios transferre & etiam per viam contractus tanquam res in suo patrimonio incorporatas, & quia si terras consideremus prout considerat Sanctus Thomas relatus & sequitur per Soto. lib. 9. de just. & jur. quest. 7. artic. 1. et non penult. tanquam quid merè temporale, quia solum conceditur jus temporale, eis percipiendi, quid mirum quod possit Rex illas in alium laicum transferre quocumque titulo & forma, ut ibi inquit Soto, & eo relato Lafarte ubi supra num. 29. & 30. ubi idem ex consuetudine simulat cum Gregor. Lup. in l. 2. tit. 20. gloss. 1. par. 1. & post haec scripta vidi sic tenentem & nos referentem, D. Barc. h. Titulo 35. ff. solut. marit. num. 42. & quia in perpetuum pro fe & successoribus, & pro eis quibus voluerit ipse rex, credendum est concessas ei fuisse & cum christianissimi ipse & sui praedecessores fuerint nisi iuste possent; eas non alienarent, & quid in laicis inferioribus a Rege has decimas iure titulo possidentibus an possint eas in alios laicos transferre infra ista lege dicemus.

Ubi, Por coherentes, y graxas Apostolica, Ut est videre apud Bellug. in specul. princ. tit. de dec. §. tractamus per farum. num. 24. cum seq. sine quibus quidem Pontificis summi privilegia & concessionibus non liceret, nam, an possit laicus decimas sibi concessas licite retinere distingui solet de iure, scilicet, quod aut sunt concessae a persona Ecclesiastica, aut a persona seculari, si ab Ecclesiastica, tunc aut sunt concessae sibi a Papa, seu ex Papae privilegio, & tunc potest eas perpetuo licite retinere, vel ad tempus iuxta modum concessionis, ut in cap. ex parte tua de decim. c. c. a nobis eadem tit. ubi hoc notat Hostiensis licet enim decimarum jus & percipienti decimas consequantur sacerdotes ex ministerio altaris, & spiritualium, quia seminantibus spiritalia debentur temporalia, quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium, quae ab alijs quam clericis ministrari nequeunt, unde fit ut jus percipiendi decimas spirituale sit, neque laici possit regulariter competere, ex text. ubi communit in cap. causam, de prescript. cap. 2. de iudic. gloss. & communis in cap. quatuordecim de decimis, & dixi in l. 1. tit. 5. num. 2. & 3. lib. 1. supra, adeo ut id verum sit etiam ante Concilium Lateranense in cap. fin. §. quid an em tua beatitudo 16. quest. 1. tamen ex privilegio summi Pontificis semper licet, nam ante dictum Concilium Lateranense celebratum sub Alex. 3. anno, 1179. testibus Covar. lib. 1. par.

c. 17. n. 5. var. & dubio proced. & Gutier. alios referente in lib. 1. princ. q. 15. n. 4. & Molin. de iur. & jur. tract. disputatio. 75. colum. 448. & Verallius, referendo Balbum, in decis. nota 1. p. decess. 241. ubi ex vitio impressio fuit positum anno 1189. cum fuerit in die. anno. 1179. & etiam post illud concilium sunt capaces decimas decimas percipienti, quibus summus Pontifex id concedit, & ob beneficia ab ipsis laicis in Ecclesiam impensa ut probatur in cap. a nobis & in c. dudum de decimis notant DD. in c. Apostolica de iur. que si. a praes. & in alijs pluribus locis, & Covar. ubi supra n. 5. in princ. & Gutier. ubi supra quest. 15. num. 3. ut Regi nostro Hispaniae fuisse concessas has tertias decimarum apparet ex lege nostra & ex auctoribus iustis & historicis, ita ut de hoc nulli dubium; & in alijs regnis idem refert Petr. Gregor. in Synag. iust. lib. 17. capit. 7. n. 20. cum sequentibus aliquibus ante & post, qui & in eadem lib. 2. cap. 23. num. 7. cum sequentibus, alia plura de iis decimis laicis concessis tradit non contemnerem, & iterum ibidem sub cap. 20. n. 3. cum sequentibus alia prosequitur: aut etiam (ut ad incepta redeamus) fuerunt concessae decimae ab Episcopo, vel ab praetato citia Papam, & tunc aut fructus decimarum ex causa conceduntur sibi ad tempus, puta ad tempus vitae suae, & tunc potest eas licite retinere, ut in cap. de iur. & iur. par. 1. & cap. fin. ne praes. videri fuit cap. causa de iur. & cond. quod dicitur ut ibi notatur, per Bert. & Host. aut ipsum jus percipiendi decimas conceditur sibi in perpetuum, & tunc aut quavis de decimis, quae sibi vel illi a quo causam habet sunt concessae in feudum ab illo, qui poterat, puta Episcopo ante tempus Concilii Turonensi celebrati post Urbanum Papam 2. anno Domini millesimo nonagesimo sexto, prout notat Archidiaconus in cap. statum §. illas autem de dec. in 6. & in quo decrevit & prohibuit res Ecclesiasticas in feudum concedi, ut in libro feudum Episcopi, vel Ab. c. 1. alias est §. si si Episcopus vel Abbas, sub tit. qui mod. feud. am. & tunc poterat eas licite retinere, ut in cap. cum apostol. de hic que si a praes. & in cap. super infra de decim. aut de decimis concessis post tempus illius Concilii Urbani Papae, & illas non potest licite retinere, secundum Hostiensis in cap. quatuordecim de decim. & in dicit. cap. cum apostolica, sed secundum Archidiaconum in dicit. §. illas autem, ita prohibito alienationis seu translationis decimarum in Laicos, primo facta fuit per dictum Alex. 3. in dicit. Concilio Lateranensi, Romae celebrato dict. anno 1179. quod est de privilegijs, cap. cum & plantare, & in cap. prohibemus de decim. prout & notat Bern. in dicit. cap. causam que de prescript. non vero per Turonem, celebratum, ab ipso Urbano. 1. prout & patet ex titulo ipsius decretalis, cum & plantare, decretumque Urbani nullam facit mentionem de decimis, item & ex decreto fin. §. quid autem tractando tit. 16. quest. 1. quod fuit ante Concilium Lateranense, ut apparet ex Verallio, in decis. nota decess. 241. numero primo, licebat utique decimas laicis concedi Episcopi accedente consensu, & tenet Anchar. in cap. statum nota. 1. de decim. in 6. & sic inquit Verallius in dicit. decis. 241. numero tertio, laicos ante dictum Concilium Lateranense esse capaces dictarum

